

## **Sancti Gregorii Papæ Primi Cognomento Magni Opera**

In Tres Tomos Distributa. Ex quamplurimis MSS. Codicibus emendata ;  
Additæ Sunt Quædam Notæ in Dialogos & Epistolas ejusdem S. Gregorii

**Gregor <I., Papst>**

**Lutetia Parisiorum, 1675**

Sancti Gregorii Moralis Expositionis In Beatum Iob, Liber Trigesimvs.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74915](#)

scat : nescientem verò se cognoscat ut timeat: timeat ut humilietur, humilietur ne præsumat in sé : non præsumat in sé, ut conditoris sui auxilium requirat: & qui in se fidem mortuus est, auctoris sui adjutorum appetens vivat. Audias itaque vir justus jam quidem se sciens, sed adhuc quæ supra se sunt nesciens : [ *Numquid nosī ordinem celi, & pones ra-*

*tiones ejus in terra?* ] id est, numquid occultos ordines judiciorum caelestium comprehendis , aut aperire humanis autibus sufficiis ? Beatus igitur Job de judiciorum incomprehensibilium investigatione requiritur, ac si ei apertè diceretur: Cuncta, que patetis, tantò tolerate patientius debes, quanto secretorum caelestium ignarus, cur hæc patetis nescis.

S A N C T I   G R E G O R I I  
M O R A L I S   E X P O S I T I O N I S  
I N   B E A T U M   I O B,  
L I B E R   T R I G E S I M V S.

*Quod Indeis in enigmatibus & nebula multipliciter per partes locutus sit Deus: & quod contra illum sœviens populorum turba surrexit, clamaveritque Crucifige.*

C A P U T   P R I M U M.

**B**EATUS Job talia utrumne fecerit Domino interrogante, requiritur, quælia utique facere non potest homo: ut dum se ista facere non posse deprehendit, ad eum refugiat, quem solum talia quia facere possit intelligit, atque ante oculos judicis sui magis potens appearat, si sua verius infirma cognoscat. Quod ergo mirè à Domino fieri non ignoratur, de eo divina Job voce requiritur ; diciturque ei: [ *Numquid elevabis in nebula vocem tuam, & impetus aquarum operies te?* ] Vocem quippe suam in nebula Dominus elevat, quando per predicatorum suorum linguas ad caliginosa corda infidelium exhortationem format : eumque aquarum impetus operit, dum bene agentia membra ejus, turba resistentium populorum premunt. Hinc est enim quod scriptum est: *Factum est verbum Domini ad Hieremiam dicens: Sta in ariō domus Domini, loquens ad omnes civitates India, de quibus veniunt, ut adorent in domo Domini, universos sermones quos ego mandavi tibi.* Et paulò post: *Et audiērunt sacerdotes & propheta & omnis populus Hieremiam loquenter verba hec in domo Domini. Cumque complevisset Hieremias loquens, apprehenderunt eum sacerdotes & propheta & omnis populus, dicens: Morte moriar, quare prophetavisti in nomine Domini?* Ecce in nebula Dominus vocem levavit, quia obscuras mentes superbientium directo Propheta corripuit. Ecce aquarum impetus eum protinus operit ; quia ab insurgentibus populis, & causa sua correctionis instigatis, ipse in Hieremiam cuncta pertulit, qui correctionis verba mandavit. Per semetipsum quoque Dominus in nebula vocem levavit, quando presentem se etiam assumpto corpore exhibens, multa suis persecutoribus, sed figuris enigmatis velata prædicavit. In nebula vocem levavit, quia veritatem suam non secuturis infidelibus quasi per caliginem sonuit. Unde & bene in libris Regum scriptum est: *Nebula implexit domum Domini, & non poterant sacerdotes ministrare propter nebula.* Exigentibus enim meritis, dum superbi Judæorum pontifices divina mysteria per parabolæ audiunt, sacerdotes in domo Domini quasi propter nebula ministrare nequiverrint. Qui & in Testamento veteri, dum sensus mysticos literæ ve- lamine coopertos inter obscuras allegoriarum cali-

Hier. 26.

iibid.

2. Reg. 8.

Binges investigare despiciunt, debitum fidei sue ministerium propter nebulam perdiderunt. Quibus & nunc in nebulâ doctrinæ suæ vocem Dominus protulit, cùm de se etiam aperta narravit. Quid est enim apertius, quam: *Ego & Pater unum sumus?* <sup>Ioan. 10.</sup> Quid apertius dicere, quam: *Antequam Abraham fieret, ego sum?* Sed quia auditorum mentes infidelitatis caligo repleverat, quasi emissum solis radius nebulâ interiacens abscondebat. Ad hanc namque elevationem vocis eum protinus aquarum imperus operuit, quia contra illum mox sœviens populorum turba surrexit. Scriptum quippe est: *Propterea ergo quarebant cum Iudei interficere, quia non solum sol vebat sabbatum, sed & patrem suum dicebat Deum,* aqualem se faciens Deo. De hoc aquarum imperu per Prophetam clamat: *Circundederunt me sūnū.* Et rursum: *Saleum me fac Deus, quoniam iniraverunt aquæ usque ad animam meam, quas profecto aquas in semetipso ante mortem, in suis autem & post alensionem pertulit. Hinc est enim quod & de superioribus clamat: *Saule, Saule, quid me perseguis?* Ecce jam calum conscenderat, & tamen adhuc eum Saulus aquarum infidelium impetu persequens, & tumidior ceteris unda tangebat. Ipse quippe est qui per bonos recta loquitur, ipse qui in bonorum passione laceratur. Us ergo mirifica Dominus charitatis unitate monstraret se esse qui indignis auditoribus per sanctorum suorum ora prædicat, ait: *Numquid elevabis in nebula vocem tuam?* ] Ut verò ostenderet se esse qui in sanctis suis omnia adversa pateretur, subdidit: [ *Et impetus aquarum operies te?* ] Subaudis, ut me, quem iniqui omnes neque per prædicantes sanctos loquentem intelligunt, neque per mōrientes patientem vident. Narrat ergo Dominus quod ab hominibus patitur, ut dolor afflicti hominis mitigetur, ac illi apertè dicat: *Mea subtiliter pensa, & tua æquanimiter tempora.* Multo enim minus est te vulnera, quam me humana tolerarer. Adhuc tamen verba hæc subtilius perscrutari possimus, si inter dona caelestia nostra sollicitè corda pensamus. Jam quidem fideles sumus, jam quæ audimus, superna credimus, jam quæ credimus, amamus. Sed dum quibusdam supervacuis curis premimur, obducta confusione caligamus; & cùm nobis etiam talibus mira quædant Dominus de se sentienda insinuat, quasi in nebula vocem levat. Dum caliginosus nostris mentibus per semetipsum loquitur, velut in nebula is qui non certatur, auditur. Summa sunt namque qua de illo cognoscimus, sed tamen adhuc eum in secreta inspiratione qua instruimus, non videmus. Qui igitur cordibus nostris præbet quidem locutionem, sed occultat speciem, velut in nebula format vocem.*

Sed ecce jam verba Dei intrinsecus per semetipsum loquentis audimus, jamque amori ejus qua continuatione, quo studio inhærente debeamus agnoscimus, & tamen ab interna considerationis culmine ad confusa nostra ex ipsa mortalitatis hujus mutabilitate relabimur, & imminentium peccatorum mole sedula importunitate tentantur. Cū ergo cæsis nostris mentibus subtilia de semetipso insinuat, in nebula vocem levat. Cū verò temptatione vitiorum ipse de Deo noster intellectus opprimitur, quasi aquarum impetu in voce sua Deus operitur. Tot enim super illum aquas admittimus, quot post inseparationem ejus gratia, cogitationes illicias in corde versamus. Nec tamen nos vel oppressos delerit: nam illico ad mentem reddit, temptationum nebulas discutit, imbre compunctionis infundit, & subtils intelligentia solem reducit; atque sic ostendit quantum nos diligit, qui nos nec cum respuit relinquit: ut saltem sic erudita humana conscientia ad se temptationes erubescat admirere, quam redemptor suus & vagantem non cessat amare. Hoc in nobis per semetipsum colerat, hoc ab infidelibus per suos quotidie prædicatores portat. Ejus enim donum suborta in nobis temptatione repellitur, & tamen ab infundendo intrinsecus munere nequam nostra infirmitate revocatur. Ejus publicè verba respuntur, & tamen ab ergo gracie largitate nulla infidelium iniquitate competitur. Nam cū pravi homines prædicamenta despiciunt, adjungit etiam miracula, quæ venerantur. Unde post editam vocem, post inundantium aquarum impetum aptè subiungitur.

*Quod predicatores sancti à Deo missi, non sibi, sed Deo profectum predicationis adscribunt.*

## CAPUT II.

**N**umquid mittes fulgura, & ibunt, & revertentia dicunt tibi, Adsumus? Fulgura quippe ex nubibus exunt, cū mira opera ex sanctis prædicatoribus ostenduntur. Qui, ut sepe diximus, idcirco nubes vocari solent, quia & coruscant miraculis, & verbis plunt. Et quia humana corda postquam per prædicacionem mota non fuerint, istis miraculorum fulgoribus conturbantur, Propheta attestante didicimus, qui ait: *Fulgura multiplicabis, & conturbabis eos.* Ac si diceret: Dum verba prædicacionis tuae non audiunt, per prædicantium miracula conturbantur. Unde alias scriptum est: *In lumine jacula tua ibunt, in splendore fulgorum armorum tuorum.* Jacula Dei in lumine ire, est verba ejus aperta veritate resonare. Sed quia sepe homines verba vita etiam intellec̄ta despiciunt, adjungunt etiam miracula. Unde illic subdidit: *In splendore fulgorum armorum tuorum.* Fulgor quippe armorum, est charitas miraculorum. Armis namque nos tuemur, jaculis adversa destruimus. Arma ergo cum jaculis, sunt miracula cum prædicamentis. Sancti enim prædicatores verbis suis quasi quibusdam jaculis adversarios ferunt: armis verò, id est, miraculis semetiplos tuerunt: ut & quantum sint audiendi, sonent per impetum jaculorum, & quantum sint reverentia, clarescant per arma miraculorum. Dicitur ergo ad beatum Job: [ *Nunquid mittes fulgura, & ibunt, & revertentia dicunt tibi, Adsumus?* ] subaudis, ut mihi. Vadunt enim fulgura, cū prædicatores miraculis coruscant, & superna reverentia auditorum corda transfigunt. Revertentia verò dicunt, Adsumus, cū non sibi, sed Dei viribus tribuunt, quidquid se fortiter egisse cognoscunt. Quid est ergo Deo dicere, Adsumus? Quoddam namque in hoc verbo obsequium declaratur. Revertentes itaque prædicatores sanctos dicere, Adsumus, est illi laudem tribuere gratiæ, à quo se accepisse sentiunt vistoriam pugnæ; ne sibi

A tribuant quod operantur. Et ire quidem fulgura operando possunt, sed reverti superbiendo non possunt. Videamus itaque fulgur vadens Claudio cuīdam ait Petrus: *Argentum & aurum non est mihi,* *quod autem habeo, hoc tibi do: In nomine Iesu Christi Nazareni surge & ambula.* Et apprehensa ejus manu dextera alleveravit eum, & protinus consolata fuit bases ejus & planta, & exiliens stetit, & ambulabat. Sed cū de hoc factu Judæorum fuisset turba commota, videamus nunc fulgur tediens, quod ait: *Viri Israëli, quid admiramini in hoc, ibid. aut nos quid inuenimini, quasi nostra virtute aut potestate fecerimus hunc ambulare?* Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob, Deus patrum nostrorum glorificavit filium suum Iesum. Et paulò post: *Cuius nos testes sumus, & in fide nominis ejus hunc, quem vidi sis & nos, confirmavit nomen ejus, & fides que per eum est, dedit integrum sanitatem islam in conspectu omnium vestrum.* Igitur ergo fulgur, cū Petrus miraculum fecit; reddit, cū non sibi tribuit; sed auctori quod fecit. Vadunt fulgura, cū prædictores sancti mira opera ostendunt; sed revertendo dicunt, adsumus, cū in eo quod faciunt, ad potentiam auctori recurunt. Quod tamen intelligi & aliter potest. Fulgura etenim, sicut superius dictum est, sancti viri mittuntur & eunt, cū à secreto contemplationis ad publicum operationis excent. Mittuntur & vadunt, cū ex abscondito speculacionis intimæ in activa vita latitudinem diffunduntur. Sed revertentes dicunt Deo, adsumus, quia post opera exteriora quæ peragunt, semper ad finium contemplationis recurrent: ut illi ardoris sui flammam reficiant, & quasi ex tactu supernæ claritatis ignescant. Citius enim inter ipsa licet bona, exteriora opera frigescerent, nisi intentione sollicita ad contemplationis ignem incessanter redirent. Unde bene per Salomonem dicitur: *Ad locum, de quo excent flumina, revertuntur, ut iterum fluant.* Ipsi quippe illic flumina, qui hic fulgura sunt vocati. Quia enim corda audientium rigant, dicuntur flumina: quia verò accendent, fulgura vocantur. De quibus alias scriptum est: *Elevaverunt flumina Domine, elevaverunt flumina voces suas.* Et ergo, de quo excent, flumina revertuntur: quia sancti viti etiā à conspicuè creatoris sui, cuius claritatem mente conspicere conantur, foras propter nos ad activa vita ministerium veniunt, incessanter ramen ad sanctum contemplationis studium recurrent, & si in prædicatione sua exterius nostris auribus per corporalia verba se fundunt, mente tamen tacita ad considerandum semper ipsum fontem luminis revertuntur. De quibus & bene dicitur: *Ut iterum fluant.* Nisi enim ad contemplandum Deum sollicita semper mente recurrerent, nimis interna cœcitas etiam exteriora prædicationis eorum verba siccaret. Sed dum videre Deum indesinenter stitunt, quasi decursura foras flumina intus semper oriuntur, quatenus illuc amando sumant, unde ad nos prædicando desfluant. Dicatur igitur rectè. [ *Nunquid mittes fulgura, & ibunt, & revertentia dicunt tibi, Adsumus?* ] Subaudis, ut ego, qui prædictatores meos cū volero, post contemplationis gratiam ad activa vita ministerium compono: quos tamen semper à bonis exterioribus ad internum culmen contemplationis revoco, ut modò jussi ad exercenda opera exeat, modò revocati ad speculacionis studium apud me familiarius vivant. Revertentes itaque dicunt, Adsumus, quia quamvis per exteriora acta parum quid contemplationi deflēti videantur, per ardorem tamen desiderii, quem in mente sua continuè accendent, obsequentes Deo suam presentiam ostendunt. Adsumus, namque dicere, est præsentes se amando monstrare. Sequitur.

\* al.  
inspira-  
tionem

*Psal. 17.*

*Habac.*

*3. b*

D *E* *N*umquid mittes fulgura, & ibunt, & revertentia dicunt tibi, Adsumus? Subaudiens, ut ego, qui prædictatores meos cū volero, post contemplationis gratiam ad activa vita ministerium compono: quos tamen semper à bonis exterioribus ad internum culmen contemplationis revoco, ut modò jussi ad exercenda opera exeat, modò revocati ad speculacionis studium apud me familiarius vivant. Revertentes itaque dicunt, Adsumus, quia quamvis per exteriora acta parum quid contemplationi deflēti videantur, per ardorem tamen desiderii, quem in mente sua continuè accendent, obsequentes Deo suam presentiam ostendunt. Adsumus, namque dicere, est præsentes se amando monstrare. Sequitur.

*Quod sapientia, vel doctrina sanctorum à Deo est.*

## CAPUT III.

**Q**uis posuit in visceribus hominis sapientiam? vel quis dedit gallo intelligentiam? Qui hoc loco ali galli nomine designantur, nisi modo alio repetiti idem prædicatoris sancti, qui inter tenebras vita præsentis student venturam lucem prædicando, quasi cantando, nunciare? Dicunt enim: *Nox præcessit, dies autem appropinquavit.* Qui vocibus suis somnum nostri torporis\* excidunt, clamantes:

*Hora est iam nos de somno surgere. Et rursus: Evigilate insi, nolite peccare. De hoc gallo rursum scriptum est: Tria sunt quia bene gradiantur, & quarum quod feliciter incedit: leo fortissimus bœtarum, ad nullius pavet occursum: gallus succinctus lumbos: ♂ aries, nec est rex qui resistat ei. Ipse quippe hoc loco leo ponitur, de quo scriptum est:*

*Vicit leo de tribu Iuda. Qui fortissimus bestiarum dicitur, quia in illo hoc quod infirmum est Dei, fortius est hominibus. Qui ad nullius pavet occursum.*

*Dicit enim: Venit princeps mundi hujus, & in me non habet quidquam. Gallus succinctus lumbos, id est, prædicatoris sancti inter hujus noctis tenebras verum mane nunciantes. Qui succincti lumbos sunt: quia à membris suis luxuria fluxi restringunt. In lumbis quippe luxuria est. Unde & eisdem à Domino dicuntur: Sunt lumbi vestri precincti. Et aries, nec*

*est rex qui resistat ei. Quem alium hoc loco arietem accipimus, nisi primum intra Ecclesiam ordinem sacerdotum: De quibus scriptum est: Afferte Domino filios arietum: qui per exempla sua gradientem populum, qua sub sequentem ovium gregem trahunt. Quibus spiritualiter recteque viventibus nullus rex sufficit omnino resistere: quia quilibet persecutor obviet, intentione eorum non valet præpedire. Scint enim ad eum quem desiderant, & anxiè currere, & moriendo pervenire. Ponitur ergo primus leo, secundus gallus, tertius aries. Apparuit enim Christus, deinde sancti prædicatores Apostoli, & tunc demum spirituales patres Ecclesiarum præpositi, videlicet duces gregum, quia doctores sequentium populorum. Sed hæc adhuc melius affirmamus, si ejusdem loci etiam reliqua exponendum subjiciamus. Nam quia post hac & anti-*

*christus apparebit, hoc illuc quartum subdidit, dicens: Et qui stultus apparuit, postquam elevatus est in sublime. Si enim intellexisset, ori imposuisset manum. Ipse quippe in sublime elevabitur, cum Deum se esse mentietur. Sed elevatus in sublime stultus apparebit, quia in ipsa elevatione sua per adventum veri judicis deficiet. Quod si intellexisset, ori imposuisset manum; id est, si supplicium suum cum superbire exorsus est, prævidisset, bene aliquando conditus, in tanta jactationem superbiam non fuisset elatus. De quo nequam moveat quod superioris dictum est:*

*Quartum quod incedit feliciter. Tria quippe incedere bene dixit, & quartum feliciter. Non enim omne quod feliciter, bene: neque in hac vita omne quod bene, feliciter. Nam leo, gallus, & aries bene incedunt, sed non hæc feliciter; quia persecutionum bella patiuntur. Quartum vero feliciter, & non bene incedit: quia in fallacia sua antichristus graditur, sed juxta breve tempus vita præsentis ipsa illi fallacia prosperabitur, sicut de eo sub Antiochi spe-*

*cie per Danielēm dictum est: Robur datum est ei contra iugę sacrificium, propter peccata, & proferetur veritas in terra, & faciet & prosperabitur. Quod Salomon ait: Incedit feliciter, hoc Daniel dicit: Prosperabitur Juxta hoc itaque testimonium, quod per Salomonem dicitur: Gallus succinctus lumbos, aptè etiam hoc loco gallum sanctos prædicatores accipimus. Ad se ergo cuncta referens Dominus dicit: [Quis posuit in visceribus hominis sapientiam?*

A *vel quis dedit gallo intelligentiam?* ac si diceret: In cor hominis humana sapientis superne sapientia gratiam quis infudit? vel ipsi sanctis prædicatoribus quis, nisi ego, intelligentiam dedit, ut sciant quando vel quibus debent venturam mane nunciare? Idecirco enim quando, & quid agant sentiunt, quia hoc intrinsecus me revelante cognoscunt. Notandum vero est, quod sapientia divinitus inspirata in visceribus hominis ponitur: quia nimur quantum ad electorum numerum spectat, non in solis vocibus, sed etiam in sensibus datur; ut juxta quod loquitur lingua, vivat conscientia, & lux ejus tantò clarus resplendeat in superficie, quanto verius inardescit in corde.

B *Quid pro qualitate audiendi formari debet sermo doctorum. & pro personis & officiis & atriis alter atque alter admonendi sint homines.*

## CAPUT IV.

**M**AGNI autem laboris est hoc quod additur: *[Vel quis dedit gallo intelligentiam?]* subtiliori adhuc expositione discutere. Intelligentia quippe doctorum tantò esse subtilior debet, quanto se ad penetranda invisibilia exercet, quanto nil materiale discutit, quanto & per vocem corporis loquens, omne quod est corporis transit. Quæ profecto nul latenus summis congrueret, nisi cantanti eam gallo, id est, prædicatori doctori ipse summorum conditor ministraret. Intelligentiam quoque gallus accepit, ut prius nocturni temporis horas discutiat, tunc demum vocem excitationis emitat: quia videlicet sanctus quippe prædicator in auditoribus suis prius qualitatem vite considerat, & tunc demum ad erudiendum congruam vocem prædicationis format. Quasi enim horas noctis discernere, est prædicatorum merita dijudicare. Quasi horas noctis discernere, est actionum tenebras apta increpations voce corripere. Gallo itaque intelligentia deliquerit tributur; quia doctori veritatis, virtus discretionis, ut noverit, quibus, quid, quando, vel quomodo inferat, divinitus ministratur. Non enim una eadem que cunctis exhortatio convenit, quia nec eundem patmorum qualitas adstringit. Sapientia enim aliis officiunt, quae aliis profunt. Nam & plerunque herbae, quae haec animalia reficiunt, alia occidunt: & leonis sibilis equos mitigat, catulus instigat: & medicamentum quod hunc morbum inminuit, alteri vires jungit: & panis qui vitam fortium roborat, parvorum necat. Pro qualitate igitur audiendum formari debet sermo doctorum, ut & ad sua singulis congruat, & tamen à communis adiunctionis arte numquam recedat. Quid enim sunt intentæ mentes auditorum, nisi quasi quedam in cithara tensiones strata chordarum: quas tangendi artifex, ut non fibinet ipsi dissimile canticum faciant, dissimiliter pulsat. Et idecirco chordæ consonam modulationem reddunt, quia uno quidem plectro, sed non uno impulsu feriuntur. Unde & docto quippe, ut in una cunctis virtute charitatis edificet, ex una doctrina non una eademque exhortatione tangere corda audiendum debet. Alter namque viri, alter admonenda sunt feminæ: alter juvenes, alter senes: alter inopes, alter locupletes: alter ætati, alter triates: alter subditæ, alter prælati: alter servi, alter domini: alter hujus mundi sapientes, alter habentes: alter impudentes, alter verecundi: alter præteri, alter pusillanimes: alter impatientes, alter patientes: alter benevoli, alter invidi: alter simplices, alter impuri: alter incolumes, alter ægri: altere qui flagella meruntur, & propter ea innocenter vivunt, altere qui sic in iniurias duruerunt, ut nec per flagella corrigan: altere nimis taciti, alter multiloquio vacantes: alter timidi, alter audace: alter pigri, alter præcipites: alter mansueti, alter iracundi:

iracundi: aliter humiles, aliter elati: aliter pertinaces, aliter inconstantes: aliter gulae dediti, aliter abstinentes: aliter qui sua misericorditer tribuant, aliter qui aliena rapere contendunt: aliter qui nec aliena rapiunt, nec sua largiuntur; aliter qui & ea quae habent sua tribuant, & aliena rapere non desistunt: aliter discordes, aliter pacati: aliter seminantes iugia, aliter pacifici: aliter admonendis sunt qui sacrae legis verba non recte intelligunt, aliter qui recte quidem intelligunt, sed haec humiliter non loquuntur: aliter qui cum prædicare digna valeant, praenimia humilitate formidant, aliter quos a prædicatione imperfectione vel etas prohibet, & tamen præcipitatio impellit: aliter qui in hoc quod temporaliter appetunt, prosperantur, aliter qui quidem quae mundi sunt concupiscunt, sed tamen adversitatis labore fatigantur: aliter conjugiis obligati, aliter a conjugi nubibus liberi: aliter commixtionem carnis experti, aliter ignorantes: aliter qui peccata deplorant operum, aliter qui cogitationum: aliter qui commissa plangunt, nec tamen defurerunt; aliter qui defurerunt, nec tamen plangunt: aliter qui illicita quae faciunt, etiam laudant, aliter qui accusant prava, nec tamen devitant; aliter qui repentina concupiscentia superantur, aliter qui in culpa ex consilio ligantur: aliter qui licet minimi, crebro tamen illicita faciunt, atque aliter qui se a parvis custodiunt, sed aliquando in gravibus deineruntur: aliter qui bona nec inchoant, aliter qui inchoatae minime consumunt: aliter qui mala occulta agunt, & bona publice, aliter qui bona quae faciunt, abscondunt, & tamen quibusdam factis publice mala de se opinari permitunt. Et quidem de singulis, quis sit admonitionis ordo, subtiliter insinuare debimus, sed formidat locutionis prolixitate præpedimur. Autore autem Deo in alio opere id explore appetit animus, si tamen laboriose hujus vita adhuc aliquantulum tempus restaverit. Habemus vero aliud quod de galli hujus intelligentia considerare debeamus, quia profundioribus horis noctis valentiores ac prædictiores edere cantus solet: cum vero matutinum jam tempus appropinquat, leniores & minutiores omnimodo voces format. In quibus galli hujus intelligentia quid nobis innuat, considerata prædicatorum discreto demonstrat. Qui cum iniquis adhuc mentibus prædicant, altis & magnis D. vocibus æterni judicii terrores intimant; quia videlicet quasi in profunda noctis tenebris clamant. Cum vero jam auditorum suorum cordibus veritatis lucem appropinquat, leniores & minutiores omnino voces format. In quibus galli hujus intelligentia quid nobis innuat, considerata prædicatorum discreto demonstrat.

**Num.**  
10.  
**Ibid.**  
Ergo tamen de pennis terribilia, quam ea quae sunt blanda de pennis proferunt. Qui etiam minutis tunc vocibus cantant: quia appropinquante mane, subtilia quæque de mysteriis prædicant, ut sequentes sibi eò minutiora quæque de cœlestibus audiant, quod luci veritatis appropinquant, & quos dormientes longus galli clamor excitaverat, sufficior vigilantes delectet: quatenus correeto cuiilibet de regno cognoscere subtiliter dulcia libeat, qui prius adversa judicij formidabat. Quod bene per Moysem exprimitur, cum ad producendum exercitum tubas clangere concisiūbant. Scriptum namque est: *Fac tibi duas tubas argenteas ductiles. Et paulo post: Cum concisis clangor increperit, movebuntur castra!* Per duas enim tubas exercitus dicitur, quia per duo præcepta charitatis ad procinctum fidei populus vocatur. Quæ idcirco argenteæ fieri præcipiuntur, ut prædicatorum verba lucis nitorē patentes, & auditorum mentem nulla sui obscuritate confundant. Idecirco autem ductiles; quia necesse est ut hi qui venturam vitam prædicant, tribulationum præsentium tensionibus crescant. Bene autem dicitur: *Cum concisis clangor increperit, movebuntur*.

S. Greg. Tom. I.

A **cavira**: quia nimis prædicationis sermo cum subtillis ac minutis agitur, auditorum corda contra tentationem certamina ardenter intuendum, quia cum jam edere tantus parat, prius alas excutit, & semetipsum feriens, vigilanter reddit. Quod patenter cernimus, si fanaticorum prædicatorum vitam vigilanter videmus. Ipsi quippe cum verba prædicationis movent, prius se in sanctis actionibus exercent, ne in semetipsis torpentes opere, alios excitent voce: sed ante se per sublimia facta excutunt, & tunc ad bene agendum alios sollicitos reddunt. Prius cogitationum alis semetiplos ferunt; quia quidquid in se inutiliter torpet, sollicita investigatione deprehendunt, distracta animadversione corrigit. Prius sua punire fieribus curant, & tunc quae aliorum sunt punienda denunciant. Prius ergo alis infonant, quam cantus emittant: quia antequam verba exhortationis proferant, omne quod locuturi sunt, operibus clamant; & cum perfectè in semetipsis vigilant, tunc dormientes alios ad vigilias vocant. Sed unde tanta haec doctori intelligentia, ut & sibi perfectè vigilat, & dormientes ad vigilias sub quibusdam clamoris præfectoribus vocet, ut & peccatorum tenebras prius cautè discutiat, & discretè postmodum lucem prædicationis ostendat; ut singulis juxta modum & tempora congruat; & simul omnibus quae illos sequantur ostendat? Unde ad tanta & tam subtiliter tendit, nisi intrinsecus ab eo, a quo est conditus, doceatur? Quia ergo laus tanta intelligentiae non prædicatoris virtus est, sed auctoris, recte per eumdem auctorem dicitur: [ *Vel quis dedit gallo intelligentiam?* ] ac si diceret: Nisi ego, qui doctorem mentes, quas mirè ex nihilo condidi, ad intelligentiam que occulta sunt, mirabilius instruxi. Unde bene ut in dictis prædicantium non solum inspiratorem se intelligentiae, sed etiam auctorem locutionis ostendat, adjungit.

*Quod Redemptor cum in sua maiestate videbitur, filebit omnis doctrina: & quomodo unum divisibiliter tria sunt, & invisibiliter tria unum: & manifestatio ipso, qui est causa causarum, creaturarum ratio palam erit.*

## CAPUT V:

**Q**uis enarrabit claram rationem? ] Quorum ostenderit, subtrahit, protinus subdidit: ] *Et concentum cali quis dormire faciet?* ] In hac enim vita infirmitati nostra Dominus non aperta specie manifestat suæ, sed prædicatorum suorum voce locutus est; ut corda adhuc carnalia carnalis lingua pulsat, & tanto faciliter insulta perciperent, quanto ea per sonitum consuetæ vocis audirent. At postquam per mortem in pulvrem caro resolvitur, & per resurrectionem pulvis animatur, tunc de Deo audire verba non querimus; quia unum ipsum, quod implet omnia, jam per speciem Dei verbum videmus. Quod nobis tanto altius sonat, quanto & mentes nostras vi intima illustrationis penetrat. Sublati namque orientibus & occidentibus verbis, quasi quidam sonus æternæ prædicationis fit ipsa imago interne visionis. Unde & recte nunc ad beatum Job Dominus dicit: [ *Quis enarrabit clarorum rationem, & concentum cali quis dormire faciet?* ] Quid enim celorum ratio accipitur, nisi vis superna secretorum? Quid per céli concentum nisi concors prædicantium sermo signatur? Conditor igitur noster cum celorum rationem narrare coepit, dormire céli concentum facit: quia cum jam nobis per speciem ostenditur, nimis prædicantium verba subtrahuntur. Hinc enim per Hieremiam Dominus dicit: *Non docebit ultra vir proximus.* Hier. 31. 8

mun suum, & fratrem suum, dicens: Cognoce Domini. Omnes enim cognoscunt me a minimo eorum usque ad maximum, dicit Dominus. Hinc Paulus ait:  
 Cor. 13. Sive propheta evanescatur, sive lingua cessabunt,  
 sive scientia destruetur. Vel certe celorum ratio, est  
 ipsa vivificatrix virtus, quae spiritus format Angelorum. Deus enim sicut est causa caularum, si-  
 cut vita viventium, ita etiam ratio rationabilium  
 creaturarum. Tunc ergo celorum rationem Dominus  
 narrat, cum semetipsum nobis, quomodo ele-  
 tis spiritibus praesit, insinuat. Tunc celorum ra-  
 tionem narrat, cum detersa mentis nostrae caligine,  
 clara se visione manifestat. Unde & in Evangelio  
 Dominus dicit: Venit hora cum jam non in pro-  
 verbis loquar vobis, sed palam de Patre annunciaro  
 vobis. Palam quippe de Patre annunciare se affe-  
 rit; quia per patefactam tunc majestatis sua spe-  
 ciem, & quomodo ipsis genitori non impar oria-  
 tur, & quomodo utrumque Spiritus utrique coae-  
 ternus procedat, ostendit. Aperte namque tunc vi-  
 debimus, quomodo hoc quod orientum est, ei de  
 quo oritur, subsequens non est: quomodo is qui  
 per processione producitur, a proferentibus non  
 praetinet. A pertè tunc videbimus quomodo & unum  
 divisibiliter tria sint, & indivisibiliter tria unum.  
 Lingua ergo tunc narrans Dei, est visa claritas sub-  
 levantis. Et concentus cali tunc dormiet, quia ap-  
 parente in iudicio retributore operum, exhortatio-  
 num jam verba cessabunt. Unde & aperte ipsum  
 resurrectionis tempus adjungitur, cum illico profer-  
 tur: [Quando fundabatur pulvis in terram, & gle-  
 ba compingebantur.] More enim suo que adhuc fu-  
 tura sunt, quasi iam praterita divinus sermo des-  
 cribit; hoc in se videlicet servans, quod per eum dic-  
 citur: Quis fecit quae futura sunt. Pulvis itaque tunc  
 in terram fundatur; quia in solida membra reduci-  
 tur. Et gleba compinguntur; quia nimur firma  
 corpora ex pulvere collecta confurgunt. Sed post-  
 quam verba haec Dominica quomodo de futuro  
 intelligenda sint diximus, nunc etiam quid de pra-  
 senti insinuent, indicemus. [Quis enarrabit celo-  
 rum rationem, & concentum cali quis dormire fa-  
 cit?] Celorum rationem Dominus narrat, dum  
 nunc insinuando superna secreta, electorum suo-  
 rum mentes illuminat. Concentum vero cali dor-  
 mire facit, dum concordes Angelorum hymnos, D  
 atque illa celestium virtutum gaudia reproborum  
 cordibus iusto iudicio abscondit. Qui concentus  
 cali, quamvis in se intrinsecus vigilet, in ipsa tam-  
 men reproborum ignorantia extrinsecus dormit.  
 Enarratur ergo secreti caletis ratio, & tamen con-  
 centus cali dormire permittitur: quia & aliis per  
 inspirationem supernae retributionis scientis pandi-  
 tur, & aliis quae sit interna laudis suavitatis occul-  
 tatur. Narratur celorum ratio, quia electorum  
 mentibus qua sit supernorum retributio indesin-  
 ter aperitur: ut nimur sine cessatione proficiant,  
 & transcurrentes visibili, sese ad invisibilium exten-  
 dant. Omne enim visibile quod in hac vita reprobus  
 fit, hoc electos ad alia impellit: qui dum bona  
 que facta sunt, respiciunt, in cum a quo facta sunt in-  
 ardescunt tantoq; cum prestantius amant, quanto illi  
 hoc quod ipse bonum condidit, praetere considerant.  
 Loquitur quippe hoc eis intrinsecus, quod silenter  
 sonat invisibilis lingua compunctionis. Quam tanè  
 pleniùs intus audiunt, quanto ab exteriorum desi-  
 deriorum strepitu perfectius avertuntur. His itaque  
 concentus cali non dormit, quia eorum mens, quae  
 sit laudis superna suavitas, apostola amoris aure co-  
 gnoscit. Intus enim quod appetunt audiunt, & de  
 celestium bonorum premiis ipso desiderio divinitatis  
 instruuntur. Unde & presentem vitam non solum  
 adversantur, sed etiam faventem graviter tolerant:  
 quia eis onerosum est omne quod cernitur, dum ab  
 eo quod intus audiunt, differuntur. Omne quod si-

bi praesto est, grave estiment; quia illud non est, ad  
 quod anhelant: indesinenter autem eorum mens  
 ipsis temporalitatis laboribus festa, in illud celeste  
 gaudium resumenda suspenditur, dum in aere cor-  
 di intro erumpente concentu cali, societatem sibi  
 quotidie supernorum civium prestolantur. Ita con-  
 centus superne laudis in illius voce eruperat, qui  
 dicebat: Ingrediar in locum tabernaculi admirabi-  
 lis, usque ad domum Dei, in voce exultationis &  
 confessio, sonus civitatis epulantis. Qui igitur in-  
 tervit vocem exultationis & confessionis ac sonum ci-  
 vitatis epulantis audierat, quid illum aliud, nisi ce-  
 li concentus excitabat? Qui tamen concentus re-  
 probis dormit, quia eorum cordibus nequam per  
 vocem compunctionis innescit. Non enim  
 considerare illam desiderabilem supernorum civium  
 frequentiam student, nullo ardoris radio illa so-  
 lemnitatis internæ festa conspicunt, nulla in inti-  
 mis contemplationis penna sublevantur. Solis nam-  
 que visibilibus servient, & idcirco nihil superna  
 suavitatis intrinsecus audiunt: quia eos, sicut su-  
 periū diximus, in aere cordis curarum secularium  
 surdi tumultus premunt. Quia igitur occulti dispen-  
 satione iudicij quod alii aperit, alii clauditur;  
 quod alii detegitur, alii occultatur, dicatur rectè:  
 [Quis enarrabit celorum rationem, & concentum  
 cali quis dormire facit?] Quod tamen tunc no-  
 bis latius innuit, cum Redemptor noster per  
 dispensationis mysterium apparet, & indignis  
 misericordiam praebuit, & eos a se qui digni vide-  
 bantur exclusit. Unde hic quoque aptè subjun-  
 gitur.

Quod peccatores ad Ecclesiam vocati, per Spiritus  
 sancti gratiam infusi, in collectione sunt charitatis  
 uniti: & quod in diversis Ecclesiasticis ordinibus  
 peccatores conversi, tamquam diverse glebae in uni-  
 tatis sacramenti concordiam convenerunt.

#### CAPUT VI.

Quando fundabatur pulvis in terram, & gleba  
 compingebantur. Quid in pulvere, nisi pecca-  
 tores accipiunt, qui nullo rationis pondere solidati-  
 ti, cuiuslibet tentationis flatu, taliuntur? De qui-  
 bus scriptum est: Non sic impii non sic, sed tam-  
 quam pulvis quem projectis venis a facie terra. Pul-  
 vis ergo in terram fundatus est, cum peccatores  
 vocati in Ecclesia, tradite fidei sunt ratione solidati;  
 ut qui prius inconstituti mobiles tentationis  
 aura levabantur, immobiles postmodum contra  
 tentamenta consistenter, & Deo perseveranter in-  
 herentes, fixum bene vivendi pondus tenerent.  
 Glebae vero ex humore coagulantur & pulvere. In  
 hac itaque terra glebae compactae sunt; quia vo-  
 cati peccatores & per Spiritus sancti gratiam in-  
 fusi, in collectione sunt charitatis uniti. Ita gle-  
 ba in terra compacta sunt, quando populi, qui  
 prius quasi in dispersione pulveris diversa sentie-  
 bant, postmodum sancti Spiritus gratia accepta,  
 in illa pacatissima unanimitatibus concordia conve-  
 nerunt, ut cum essent tria millia, vel rursum quin-  
 que millia, Scriptura testante diceretur, quia erat AF. 4. f  
 in eis cor unum & anima una. Has glebas ex uno  
 quidem pulvere, sed quasi diversa mole distinctas  
 quotidie Dominus in terra compingit: quia servata  
 unitate sacramenti, juxta varietatem morum at-  
 que linguarum fideles in Ecclesia populos colli-  
 git. Has glebas jam tunc Dominus designavit, Matt.  
 quando ad eum panis & piscium quinquagenos 14. b  
 discubuerunt, vel centenos iussit. Quas tamen gle-  
 bas si in Ecclesia ex diversitate meritorum at-  
 tendimus, forsan adhuc distinguere subtilius  
 valamus. Nam dum alius est ordo prædicantium,  
 alius auditorum: alius regentum, atque alius

subditorum: alius conjugum, alius continentium: A calcaverunt eam filii istitorum, nec peritansivit per Iob 28.8.  
 alias p̄enitentium, alius virginum, quasi ex una terra  
 est diversa glebarum forma distinta, dum in una fi-  
 de, in una charitate disperita demonstrantur bene  
 operantium merita. Has glebas populus ille signifi-  
 vit, qui ad constructionē tabernaculi sub uno studio  
 diversa donaria obtulit, de quo scriptum est: Quid  
 Ex 35. quid in cultum tabernaculi & ad vestes sanctas nec issi-  
 rum erat, viri cum mulieribus prabuerunt, armillas &  
 inaures, annulos & dextralia: omne vas aureum in  
 donaria Domini separatum est. Si quis habuit hyacin-  
 thum, purpuram, coccumque bis tintum, byssum &  
 pilos caprarum, &c. In ornamento ergo tabernaculi  
 virti dona cum mulieribus offerunt; quia in explen-  
 do cultu sancte Ecclesiae, & fortium facta subli-  
 mia, & infirmorum opera extrema numerantur.  
 Quid autem per armillas, quae lacertos atfringunt,  
 nisi p̄epositorum validē laborantium opera de-  
 monstrantur? Et quid per inaures, nisi subditorum  
 obedientia exprimitur? Quid per annulos, nisi si-  
 gnaculum secretorum? Plerumque enim magistri  
 lignant quod ab auditoribus capi non posse conside-  
 rant. Et quid per dextralia, nisi primae operationis  
 ornamenti memorantur? Quid per vas aureum in  
 donaria Domini separatum, nisi divinitatis intelli-  
 gentia accipitur? quae tandem ab inferiorum amore  
 disinguntur, quād ad sola, quae eterna sunt, aman-  
 da sublevatur. Quid per hyacinthum, nisi spes ce-  
 lestium? Quid per purpuram, nisi crux ac toleran-  
 tia passionum, amore regni perpetui exhibita? Et  
 quid per bis tintum coccum, nisi charitas demon-  
 stratur; quae pro perfectione bis tingitur, quia Dei  
 & proximi dilectione decoratur? Quid per byssum,  
 nisi immaculata carnis incorruptionis? Et quid per pi-  
 los caprarum, ex quibus ciliciorum asperitas texitur,  
 nisi dura p̄enitentium afflictio designatur? Dum  
 igitur alii per armillas & annulos forte magisterium  
 exercent: alii per inaures & dextralia devoram obe-  
 dientiam rectamque operationem exhibent: alii per  
 separatum vas aureum, p̄aelaram subtiloremque  
 Dei intelligentiam tenent: alii per hyacinthum,  
 purpuram & coccum; audita cælestia sperare, cre-  
 dere, amare non desinunt, etiam quae adhuc sub-  
 tiliori intellectu minime cognoscunt: alii per bys-  
 sum, incorruptionem carnis offerunt: alii per ca-  
 prarum pilos deplorant aspera, quod libenter com-  
 miserunt: quasi ex una terra innumera gleba pro-  
 feruntur, quia ex uno & pari obsequio facta fideli-  
 lum disperita procedunt. Quæ nimur gleba ne-  
 quaquam concreta ex pulvere surgerent, nisi aquam  
 prius pulvis acciperet, & concepto se humore soli-  
 daret: quia nisi peccatores quoque sancti Spiritus  
 gratia infunderet, confrictos eos ad fidei opera,  
 charitatis unitas non teneret. Quando igitur Do-  
 minus enarrabit calorum rationem, vel concen-  
 tum cali dormire faciet, aperiat. Ait enim: [Quan-  
 do fundabatur pulvis in terram, & gleba compinge-  
 batur.] Ac si diceret: Tunc primum vocatione &  
 discretione manifesta, secreta spiritualia & non sine  
 misericordia dialias aperi, & non sine justitia aliis  
 clausi, cum alios respuerem, & alios intra Ecclesiam  
 concordia charitatis adunarem. Quæ sancta Eccle-  
 sia quia à perfida Iudeorum repulsa, ad rapientes  
 gentes se contulit, atque in suo corpore converten-  
 das, quod quidem non suis, sed Domini viribus  
 fecit, aptè subjungitur.

Quid catuli Ecclesiastici, novi Testamenti pra-  
dicatores intelligantur.

#### CAPUT VII.

Non inquit capies leana p̄edam, & animam catu-  
 lorum eius implebis? ] Ita nimur illa leana  
 est, de qua Job dicebat, cum superbiem Judæam  
 cerneret, prædicante Ecclesia prætermissam: Non  
 S. Greg. Tom. I.

calcaverunt eam filii istitorum, nec peritansivit per Iob 28.8.  
 eam leana. Huic ergo leana Dominus p̄edam ca-  
 pit, ut animam catulorum ejus implet: quia ad  
 augmentum hujus Ecclesie, innumeros de gentili-  
 tate diripuit, & per animarum lucrum efficiens  
 Apostolorum vota satiavit. Ipsa quippe catuli pro-  
 menis teneritudine & formidinis infirmitate voca-  
 ti sunt, qui passo Domino clausi foribus residue-  
 bant, sicut de illis scriptum est: Cum esset sero die il-  
 lo una sabbatorum, & fores essent clausæ ubi erant  
 discipuli congregati propter metum Iudeorum, venit  
 Iesus, & stetit in medio eorum. Unde hic quoque de  
 eisdem catulis aptè subjungitur: [Quando cubant  
 in antris, & in specubus insidiatur.] Cùm enim  
 nequam sancti Apostoli contra membra diaboli  
 in voce libera prædicationis exgerent, & nec dum  
 post passionem Domini sancti spiritus effusione soli-  
 dati, Redemptorem suum firma auctoritate predi-  
 carent, adhuc contra adversarios suos quasi in an-  
 tris insidiabantur. Clausis quippe foribus quasi in  
 quibusdam abditis specubus suis catuli rapti mun-  
 dum cubabant, ut animarum p̄edam postmodum  
 præfumentes diriperent, de quibus tunc certum est  
 quod mundi imperium etiam submetipis latendo  
 formidarent. Illis foribus clausis isti catuli mortem  
 mortis nostræ insidiati quæserunt, ut culpam no-  
 stram interficerent, omnemque in nobis peccati vi-  
 tam necarent. Horum primo illi efficiens catulo,  
 sed jam valenti, ostensa per hincum gentilitate,  
 quasi monstrata præda dicitur: Macta & manduca. Act. 10.  
 His catulis velut adhuc infirmis, ut cubare in an-  
 tris debeant jubetur, cum eis Dominica voce dicitur:  
 Sedere hic in civitate quoadusque induamini virtute Luc. 24.  
 ex alto. An non recte leana catuli vocantur, qui in  
 Ecclesia editi, adversantem mundum ore raperunt?  
 Et hæc quidem facta à sanctis Apostolis novimus,  
 hæc nunc etiam fieri à perfectis doctoribus vide-  
 mus. Ipsa enim eti subseqüentium populorum pa-  
 tries sunt, tamen sunt p̄æcedentium filii; unde &  
 non immixtæ catuli dicuntur. Vel certè quia eti  
 quorundam fidelium magistri sunt, universalis ta-  
 men Ecclesia discipulos se esse gloriantur. Leana  
 itaque p̄edam Dominus capit; quia virtute sua  
 inspirationis ab errore vitam delinquentium diripit,  
 & animas catulorum illius replet, quia conversione  
 multorum, piis doctorum desideriis satisfacit.  
 De quibus catulis bene subjungitur: [Quando cu-  
 bant in antris, & in specubus insidiatur.] Neque  
 enim cuncta tempora doctrina sunt congrua. Nam  
 plerumque doctorum virtus perditur, si intempesti-  
 vè proferantur. Sæpe verò & quod lenius dicitur,  
 conventu temporis congruentis animatur. Ille ergo  
 scit rectè dicere, qui & ordinatè novit tacere. Quid  
 enim prodest eo tempore irascitum corripere, quo  
 alienata mente non solum non potest aliena verba  
 percipere, sed semetipsum vix valet tolerare? Fure-  
 tem quippe qui per invectionem corripit, quasi ei  
 qui non sentiat, plagas ebrio imponit. Doctrina ita-  
 que ut pervenire ad cor audientis valeat, quæ sibi  
 congrua sint temporum momenta perpendat. Bene  
 ergo de his catulis dicitur: [Quando cubant in an-  
 tris, & in specubus insidiatur.] Doctores enim san-  
 ctæ quando & arguenda conspicunt & tamen se per  
 silentium in cogitationibus retinent, quasi in specu-  
 bus latent, & velut in antris se contegunt; quia in  
 suis cordibus occultantur. Sed cum opportunum  
 tempus invenierint, repente profluent, nulla quæ  
 dicenda sunt reticent, & cervicem superbientum  
 morsu aspera increpationis tenent. Sive itaque per  
 Apostolos, sive per doctores, quos in Apostolo-  
 rum locum subrogavit, huic leana Dominus quo-  
 tidie p̄edam capit, & per eos quos cepit, alios  
 etiam capere non desistit. Ad hoc quippe justi, hu-  
 jus mundi peccatores rapiunt, ut per conversionem  
 etiam alii ex mundo rapiantur. Unde & ipsa gen-  
 iii ij

tilitas, quæ pio Apostolorum ore rapta est, tanta nunc fame alios esurit, quanta se ab Apostolis concupitam fuisse cognoscit. Proinde & aptè subjungitur.

*Quod non tantum ex Iudeis sed etiam ex Gentibus Ecclesia doctores accepit, quorum pulli in discursione Evangelii longe lateque evagati sunt.*

## C A P U T VIII.

12. *Qvis preparat corvo escam suam, quando pulli ejus clamant ad Deum, vagantes eo quod non habeant cibos?* <sup>ps. 145.6</sup> Quid enim corvi, pullorumque ejus nomine, nisi peccatis nigra gentilitas designatur? De qua per Prophetam dicitur: *Qui dai iumentis escam ipsorum, & pullis corvorum invocantibus eum.*

Iumenta quippe escam accipiunt, dum sacra Scripturae pabulo mentes dudum bruta satiantur. Pullis vero corvorum, filiis seilicet Gentium escatur, cum corum desiderium nostra conversatione reficitur. Itē corvus escā fuit, dum ipsum sancta Ecclesia quæreret. Sed nunc escam accipit, quia ipse ad conversionem alios exquirit. Cujus videlicet pulli, id est, prædicatores ex eo editi, non in se præsumunt, sed in viribus redemptoris sui. Unde bene dicitur: *[Quando pulli ejus clamant ad Deum.]* Nihil enim sua virtute posse se sciunt. Et quamvis animarum lucra piis votis esuriant, ab illo tamen qui cuncta intrinsecus operatur, hæc fieri exoptant.

<sup>i Cor. 3.6</sup> Vera enim fide comprehendunt, quia neque qui plantat sibi aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus. Quod vero dictum est: *[Vagantes eō quod non habeant cibos:]* in hac vagatione nihil aliud quam extantum prædicatorum vota signantur. Qui dum in Ecclesiæ finum recipere populos ambient, magno ardore succensi, nunc ad hos, nunc ad illos colligendos desiderium mittunt. Quasi quedam quippe vagatio est ipsa cogitationis extatio, & velut ad loca varia mutatis nutibus transire, dum pro adunandis animabus in modos innumeros, ac in partes diversas esurienti mente discurrunt. Hanc vagationem pulli corvorum, id est, filii Gentilium ab ipso gentium magistro didicerunt. Ipse quippe quam valida charitate flagrat, tam nimia ex locis ad loca se vagatione permittat; transfire ad alia ex aliis appetit, quia ipsa eum quæ implet, charitas impellit. Longè namque à Romanis postfuit sicut: *Memoriam vestri facio semper in orationibus meis, obsecrans si qua modo tandem aliquando prosperrum iter habeam in voluntate Dei veniendi ad vos; desidero enim videre vos.* Reuentus Ephesi Corinthiis scribit: *Ecce terito hoc paratus sum venire ad vos.* Rursum Ephesi commorans, Galatis loquitur, <sup>Rom. 1.6</sup> <sup>2. Cor. 12.4</sup> <sup>Col. 4.4</sup> dicens: *Vellem modo esse apud vos, & mutare vocem meam.* Roma quoque custodia carceris clausus, quia ire ad Philippienses per semetipsum non permititur, transmittere se discipulum pollicetur, dicens: *Spero in Domino Iesu Timotheum me cito mittere ad vos, ut & ego bono animo sum, cognitis quæ circa vos sunt.* Constrictus etiam vinculis atque Ephesi reuentus, Colossensibus scribit: *Nam si corpore absens sum, sed spiritu vobis sum.* Ecce quomodo sancto desiderio quasi vagatur: hic corpore tenetur, illuc spiritu dicitur: & paterni amoris affectum ipsis præsentibus exhibet, illis absentibus ostendit: coram positis impedit opera, audientibus exprimit vota, efficaciter praefens eis cum quibus erat, nec tamen illic absens cum quibus non erat. Cujus vagationem melius cognoscimus, si ejus adhuc ad Corinthios verba penfamus. Ait enim: *Veniam ad vos, cum Macedoniam pertransiero. Nam Macedonia pertransibo, apud vos autem forsan manebo, vel etiam hiemabo.* Perpendamus quæsto, quæ sit ista vagatio. Ecce aliò interim manet, aliò se iturum perhibet, atque aliò deflexurum promittit. Quid est, quod

A tam anxie per tota loca partitur, nisi quod circa omnes una charitate constringitur? Charitas enim quæ divisa unire consuevit, unum cor Pauli per multa dividi compellit. Quod tamen tanto arctius in Deo colligit, quanto latius per sancta desideria spargit. Prædicando igitur Paulus vult simul omnia dicere, amando vult simul omnes videre: quia & in carne permanendo, vult omnibus vivere, & de carne transfeudo per sacrificium fidei vult omnibus proficere.

Vagantur itaque pulli corvorum, id est, magistrum suum imitentur filii Gentium, torporem mentis excutiant, & cùm animarum lucrum, id est, cibum suum minimè reperiunt, non quiescant: ad profectum se ex provectibus extendant, & astantes in utilitate multorum, refectionem suam quasi vagantes esuriant. Quia vero per prædicationum operadescrûndo, refectione fidei Gentilitatem satiare non cessant, dicitur recte: *[Quis preparat corvo escam suam, quando pulli ejus clamant ad Deum, vagantes eo quod non habeant cibos.]* Potest etiam corvi nomine, nigra per infidelitatis meritum plebs Iudaica designari. Nam pulli ejus ad Deum clamare refruntur, ut eidem corvo à Domino eca præparatur: quia nimur sancti Apostoli plebis Iudaicæ carne generari, dum pro gente sua preces ad Dominum funderent, quasi pulli corvorum eum de quo carnaliter editi sunt, spiritali intelligentia parentem populum paverunt. Igitur dum pulli ejus clamant, corvo eca præparatur: quia dum Apostoli exorant, plebs dudum perfida, ad cognitionem fidei ducitur, & ex prædicatione filiorum quasi ex pullorum voce satiatur. Illud tamen in hoc versu debemus solerter intueri, quod huic corvo eca dicitur primū pullis clamantibus, & postmodum vagantibus præparari. Clamantibus namque pullis corvo eca præparata est, cùm prædicantibus Apostolis verbum Dei Iudaæ audiens: modò in tribus millibus, modò in quinque millibus spiritali est intelligentia satiata. Sed cùm reproborum multitudo crudelitatem suam contra prædicatorum exerceret, & quasi pullorum viam necaret, iidem pulli in universa mundi spatia dispersi sunt. Unde & eisdem carnalibus patribus spiritali prædicationi resistentibus dicunt: *Vobis spiritali prædicationi resistentibus dicunt: Vobis affoprebæti primū loquimur verbum Dei: sed quia repellitis illud, & indignos vos judicatis aeterna vita, ecce converimus ad gentes: scientes profectò, quod postquam Gentilites crederet, etiam Iudaæ ad fidem venirent.* Unde & scriptum est: *Donec plenitudo Rem 11. Gentium invenerit, & sic omnis Israel salvus fuerit.* <sup>c</sup> Quia igitur summopere sancti Apostoli & studuerunt prius audientibus prædicare, & postmodum resistentibus exempla conversa Gentilitatis ostendere: quasi esurientes pulli huius corvo escam suam prius clamando, & postmodum vagando quiescentes, Unde enim vagantur pulli, inde escam suam inventi: quia dum per laborem prædicantium conversam ad Deum Gentilitatem Iudaicus populus respicit, ad extremum quandoque stultitiam sue infidelitatis erubescit: & tunc Scriptura sacra sententias intelligit, cùm prius quam sibi eas Gentibus innotuissi cognoscit: atque expleta vagatione pullorum, ad percipienda sacra eloquia os cordis aperit; quia peracta in mundum cursibus Apostolorum, sc̄d ea spiritualiter percipit, à quibus diu se perfidia adstringente jejunavit. Quia quia omnia solius divinae potentiae virtus operatur, recte dicitur: *[Quis preparat corvo escam suam, quando pulli ejus clamant ad Deum, vagantes eo quod non habeant cibos.]* Subaudis, nisi ego, qui infidelem populum filii suis & exorantibus tolero, & prædicantibus parco, atque ad alia vagantibus convertendum quandoque in fine sustineo. Est adhuc aliud, quod de corvo moraliter possit intelligi. Editis namque pullis, ut fertur, escam plenè præbere dissimulat, priusquam plumescendo nigrescant, eosque inedia

affici patitur, quoadusque in illis per pennarum nigritudinem sua similitudo videatur. Qui hue illucque vagantur in nido, & ciborum expertus aperto ore sublidum. At cum nigrefereat cœperint, tanto eis præbenda alimenta ardentiūs requirit, quanto illos alere diutius distulit. Corvus profecto est doctus quisque prædicator, qui magna voce clamat, dum peccatorum suorum memoriam atque cognitionem infirmatis propriae quasi quandam coloris nigredinem portat. Cui quidam nascuntur in fide discipuli, sed fortasse adhuc considerare nigredinem infirmitatis propriez nesciunt: fortasse à peccatis præteritis memoriam avertunt, & per hoc eam, quamni assimi oportet contra hujus mundi gloriam humilitatis nigredinem non ostendunt. Hi velut ad accipiendas escas os aperiunt, cum doceri de secretis sublimibus querunt. Sed eis doctus suis alimenta prædicamentorum sublimum tantum minus tribuit, quanto illos peccata præteritis minus dignè deflere cognoscit. Expectat quippe atque admonet, ut à nitore vita præsentis prius per penitentia lamenta nigrefeant, & tunc demum congrua prædicatione subtilissimæ nutrimenta percipiunt. Corvus in pullis ora inhiantia respicit, sed ante in eis pennarum nigredine indui corpora querit. Sic & discrus doctor interna mysteria eorum sensibus non ministrat, quos adhuc ab hoc seculo nequaquam se abiecisse considerat. Quanto igitur discipuli exterius per cultum vita præsentis minus quasi nigri sunt, tanto per cibum verbi interius minus replentur: & quod se à corporali gloria non evanunt, eò à spirituali refactione jejunant. Si verò in confessione vita præterita lamenta sui gemitus velut nigrefeentes plu-

B mas proferant, illico in contemplatione doctor ad escam de sublimibus deferendam, quasi pullorum refectionem cogitans corvus volat: eiusque hiantibus in ore cibum revocat, dum ex ea intelligentia quam ceperit, esuriens discipulis alimenta vita loquendo subministrat. Quos tanto ardentiūs de superenis refecit, quanto verius à mundi nitore nigrefereat penitentia lamentatione cognoscit. Pulli autem dum nigro se pennarum colore vestiunt, de se etiam volatum promittunt: quia quod magis discipuli abjecta de se sentiunt, quod magis se discipientes affligunt, sed amplius spem proœctus sibi in aliorum pollicentur. Unde & curat doctor festinantiūs alere, quos jam per quadam indicia provideret postea & aliis proœfet. Hinc enim Timotheum Paulus admonet, velut plumeſcentes pullos sollicitius nutrit, dum dicit: *Quæ audisti à me per multis 2. Tim. testes, hac commenda fidelicibus hominibus, qui idonei erunt & alios docere.* Quæ doctrina discretio dum caute à prædicatore custoditur, ei divinitus largior copia prædicationis datur. Dum enim per charitatem compati afflictis discipulis novit, dum per discretionem congruum doctrinæ tempus intelligit, ipse non solum pro se, sed etiam pro eis, quibus laboris sui studia impendit, majora intelligentia sue munera percipit. Unde hic quoque aptè dicitur: [ *Quis preparat corvo escam suam, quando pulli ejus clamant ad Deum, vagantes eo quod non habeant cibos?* ] Cum enim pulli ut satientur, clamant, corvo esca præparatur: quia dum verbum Dei boni auditores esuriunt, pro reficiendis eis majora doctoribus intelligentiae dona tribuuntur. Sequitur:

**N**umquid nosti tempus partus ibicum in petris, vel parturientes cervas observasti? Di- CA 2.  
scisti tempus partus earum? Incurvantur ad- xxxix.  
setum, & pariunt, & rugitus emittunt. Separantur filii earum, & pergunt ad pastum: egrediuntur, & non revertuntur ad eas. Quis dimisit onagrum liberum, & vincula ejus quis solvit? Cui dedi in solitudine domum, & tabernacula ejus in terra salsuginis. Contemnit multitudinem civitatis, clamorem exactoris non audit. Circumspectit montes pascuae sue, & virentia queque perquirit. Numquid volet rhinoceros servire tibi? aut morabitur ad presepe tuum? Numquid alligabis rhinocerotem ad arandum loro tuo? aut confringet glebas vallium post te? Numquid fiduciam habebis in magna fortitudine ejus, & derelinques ei labores tuos? Numquid credes illi quod reddit sementem tibi, et aream tuam congreget? Penna struthionis similis est pennis herodii et accipitris.\* qua derelinquit ova sua in terra; tu for-  
stan in pulvere calefacies ea? Obliviscitur quod pes conculceret ea, aut bestia agri conterat. Duratur ad filios suos, quasi non sint sui: frustra laboravit, nullo timore cogente. Privavit enim eam Deus sapientia, nec dedit illi intelligentiam. Cum tempus fuerit, in altum alas erigit: deridet equitem, et ascensem ejus. Numquid præbebis equi fortitudinem: aut circumdabis collo ejus binnitum? Numquid suscitatibus eum quasi locustas? Gloria narium ejus terror. Terram ungula fudit: exultat audacter, in occursum pergit armatis. Contemnit pa-  
vorem, nec cedit gladio. Super ipsum sonabit pharetra, vibrabit hasta et clypeus. Fervens et fremens sorbet terram, nec reputat tuba sonare clangorem. Vbi audierit buccinam, dicit, Yah: procul odoratur bellum, exhortationem ducum, et ululatum exercitus. Numquid per sapientiam tuam plumescit accipiter, expandens alas suas ad Austrum? Numquid ad præ-  
cipium tuum elevabitur aquila, et in arduis ponet nidum sibi? In petris manet, et in præ-  
cipiis silicibus commoratur, atque inaccessis rupibus. Inde contemplatur escam, et de longe oculi ejus prospicunt. Pulli ejus lambunt sanguinem: et ubicumque cadaver fuerit, statim adeſt. Et adject Dominus, et locutus est ad Iob: Numquid qui contendit cum Deo, tam facile con-  
quiescit? Vtique qui arguit Deum, debet et respondere illi. Respondens autem Iob Domino, dixit: Qui leviter locutus sum, respondere quid possum? Manum meam ponam super os meum. Vnum locutus sum: quod utinam non dixisset: et alterum, quibus ultra non addam.

Quod prepositi sancta Ecclesia, quia eorum oneraportant, quos affectu nimio Deo pariunt, cerva vocantur: ibices vero auditores, qui patrum provocati exemplis, scilicet patientia David, caritate Joseph, abstinentia Danielis, quasi in hujus mundi petris sancta his familia parturiant opera.

#### CAPUT IX.

**N**umquid nosti tempus partus ibicum in petris, vel parturientes cervas observasti? Meridiana pars

D ibices aves vocat, quæ Nili fluentis inhabitant. Orientalis vero Occidentalisque plaga parva quadrupedia ibices nominat; quibus & moris est in petris patere, quia neque sciunt nisi in petris habitare. Quæ si quando etiam de altis saxorum cumibus ruunt, in suis se cornibus illæsa suscipiunt. Caput quippe ruentes ferunt, cuius dum prima cornua opponunt, fit omne corpus a jactura casus alienum. Cervarum vero moris est, inventos serpentes extinguiere, eorumque membra morsibus

dilaniare. Fertur autem, quia si quando flumina trans-  
scunt, capitum suorum onera dorsis precedentium  
superponant, sibique invicem succedentes, labo-  
rem ponderis omnino non sentiunt. Quid est ergo  
quod beatus Job de partu ibicum cervarumque dis-  
cutitur, nisi quia in cervis vel ibicibus magistrorum  
spiritualium persona signatur? Ipsi quippe velut ibi-  
ces in petris pariunt: quia in doctrina patrum, qui  
petræ pro soliditate vocati sunt, ad conversionem  
animas gignunt. Ipsi velut ibices nullius casus dam-  
na sentiunt, dum in suis cornibus excipiuntur: quia  
quidquid eis ruina temporalis accelerit, in testa-  
mentis sacra Scriptura se suscipiunt, & quasi cor-  
num exceptione salvantur. De his enim testamentis  
dictum est: *Cervi sunt in manibus eius.* Ad scrip-  
turarum ergo consolationem refugiunt, dum aliquā  
temporalis casus jacturā feriuntur. An non more  
ibicum, hujus mundi adversitatibus cadens, quasi  
in suis le cornibus excipiebat Paulus, cùm diceret:

*Quaecunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scrip-  
ta sunt, ut per patientiam & consolationem scripu-  
rarum spem habeamus?* Ipsi etiam cervæ vocati sunt,  
sicut per Hieremiam de doctoribus genitos filios in-  
caute deserentibus dicitur: *Cervi in agro peperit, &  
reliquit.* Ipsi more cervarum interemptis virtutis, qua-  
si extinctis serpentibus vivunt: & de ipsa extinc-  
tione virtutum, ad fontem vitæ acrius inardescunt.

*Psi. 41.* Unde Psalmista ait: *Sicut cervus desiderat ad fontes  
aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus.* Ipsi  
etiam dum labentia hujus temporalitatis momenta,  
quasi quedam flumina transciunt, compatientes cha-  
ritate, onera sua sibi invicem superponunt; quia  
cauta observatione custodiunt id quod scriptum est:

*In vicem onera vestra portate, & sic adimplebitis legem Christi.* Quia verò post adventum Domini spi-  
ritales magistri per mundum sparsum sunt, qui auditio-  
rum animas in conversione patere prædicando potuissent: & quia hoc idem tempus incarnationis Do-  
mini ante Prophetarum voces cognitum non fuit,  
quamvis futura ipsi incarnatione præcognita omnibus  
electis fuit: bene beatus Job de tempore partus ibi-  
cum cervarumque discutitur, eique dicitur: [Nun-  
quid nō tempus partus ibicum in petris, vel par-  
tientes cervos obseruantur?] Ac si dicatur ei: Ideco-  
te egistè aliquid sublimiter credis, quia illud tempus  
neccundum prævides, quo spiritalis magistri in mun-  
dum missi, per doctrinam antiquorum patrum fi-  
lios generant, suisque laboribus animarum mihi  
lucis compортant. Nam si illorum fructum quasi  
ibicum cervarumque partus aspiceris, valde humili-  
liter de tua virtute sentires. Magna quippe qua agi-  
mus, quasi minima ducimus, cùm hac per fortiora  
exempla penfamus. Sed tunc apud Deum crescent  
per meritum, cùm apud nos metis posse per humilitatem  
decrescunt. Possunt verò cervarum significatio-  
ne doctores, appellatione autem ibicum, qui ani-  
malia sunt minima, auditores intelligi. In petris  
verò ibices pariunt; quia ad exercenda sancta opera  
per exempla patrum præcedentium fecundantur: ut  
cùm fortassis præcepta sublimis audiunt, & infirmi-  
tatis propria concipi, ea se implere posse diffidunt, E  
in majorum vitam conspiciant, atque in eorum consi-  
derata fortitudine bonorum operum fetus ponant.  
Ut enim pauca de multis loquar, quatenus studio-  
sus lector multa in paucis intelligat, ite verborum  
contumeliis pressus, cùm virtutem patientiae servare  
non sufficit, David factum ad memoriam reducat,  
quem cùm tot Senei conviciis urget, & armati  
proceres ulisci contendenter, ait: *Quid mibi & vobis  
fiij Sarac.* *Dimitte eum ut maledicat.* Dominus  
enim præcepit ei, ut malediceret David: & quis est  
qui audeat dicere, quare sic fecerit? Et paulo post:  
*Dimitte eum ut maledicat juxta præceptum Domini:*  
Si forte respiciat Dominus afflictionem meam, & red-  
dat mihi bonum pro maledictione hac hodierna. Qui-  
bus profecto verbis indicat, quia pro perpetrato Be-

A thsabes scelere, exurgentem contra se filium fugiens  
reduxit ad animum malum quod perpetravit, &  
æquanimiter pertulit quod audivit: & contumelio-  
sa verba non tam convicia, quam adjutoria cre-  
didit, quibus se purgari, sibique misereri posse  
judicavit. Tunc enim illata convicia bene tolera-  
mus, cùm in secreto mentis ad male perpetrata re-  
currimus. Leve quippe videbitur, quod in iurij per-  
cutimur, dum in actione nostra conspicimus, quia  
pejus est quod meremur: sicut fit, ut contumelias  
gratia magis quam ira debeatur, quarum interven-  
tu Deo judice pœna gravior declinari posse confidi-  
tur. Ecce aliis dum mundi hujus successibus profi-  
cit, lenocinante cordis laxitia tentari se luxuria fit-  
mulis sentit: sed si Joseph factum ad memoriam re-  
vocat, in arce se castitatis servat. Qui dum sibi à  
domina consiperet pudicitie dama suaderi, ait:

*Ecce dominus' mens omnibus mihi traditis, ignorat Gen. 35:  
quid habeat in domo sua, nec quidquam est quod non  
in meas fit potestate, vel non tradideris mihi præter te,  
que uxor eius es: quonodo ergo possum hoc malum fa-  
cere, & peccare in dominum meum?* Quibus verbis  
ostenditur, quia bona quæ assécutus fuerat, repente  
memoria intulit, & malum quod se pulsabat,  
evict: & quia percepta gratia meminit, vim culpæ  
imminantis fregit. Cùm enim voluptas lubrica ten-  
tat in prosperis, hæc ipsa sunt prospera aculeo tem-  
pationis opponenda; ut eo erubescamus prava com-  
mittere, quos nos à Dco meminimus gratuito bona  
percepisse, & illatam gratiam exteriorum munera  
vertamus in arma virtutum, ut sint ante oculos quæ  
percepimus, & quæ nos alliciunt, subigamus. Quia  
enim voluptas ipsa ex prosperitate nascitur, ejusdem  
prosperitatis est consideratione ferienda, quatenus  
hostis noster unde oritur, inde moriatur. Conside-  
randum quippe est, ne acceptum munus vertamus  
in vitium, ne per favorem vita nos absorbeat vo-  
rago nequitia. Iram namque contra nos superni ju-  
dicis inextinguibiliter accendimus, si contra be-  
nignitatem illius, etiam ex ipsa sua largitate pugna-  
mus. Alius interna scientia dulcedinem quærens,  
nec tamen secreta ejus contingere prævalens, Da-  
nielis vitam ad imitandum conspicit, & desidera-  
tum scientia culmen apprehendit. Ille quippe, qui Dm.  
postmodum voce angelica pro cognitionis interna 10. b  
concupiscentia vir desideriorum dicitur, prius in  
aula regia carnis in se desideria edomuisse memor-  
atur; ut nil ex delectabilibus cibis attingeret, sed lau-  
tis ac mollioribus duriora atque asperiora cibaria  
præferret: ut dum sibi exterioris cibi blandimenta  
subtraheret, ad interni pabuli delectamenta perve-  
niret: & tanto avidius gustum sapientia intus acci-  
peret, quanto saporem carnis pro eadem sapientia  
perit, & roboris repressisset. Si enim à carne hoc quod  
libet abscondimus, mox in spiritu quod delectet, in-  
venimus. Intentioni quippe animæ, si exterior eva-  
gatio clauditur, interior secessus aperitur. Nam quod  
extra se spargi propter disciplinam mens non potest,  
eo super se tendere per profectum potest: quia & in  
altum crescere arbor cogitur, quæ per ramos dif-  
fundi prohibetur: & cùm rivos fontis obstruimus,  
fluenta surgere ad superiora provocamus. Igitur  
dum studiosi quicque sanctorum vitam imitando  
conficiunt, in petris ibices fetus ponunt. Hinc est  
quod auditores suos quasi ibices in petris parere  
Paulus admonebat, cùm enumeratis majorum vir-  
tutibus diceret: *Habentes tantam impositam rubem Heb. 12:  
testium, deponentes omne pondus, & circunstant nos a  
peccatum, per patientiam curvamus ad propositum no-  
bis certamen.* Et rursum: *Quorum intuentes exitum Heb. 13. b  
conversationis, imitamini fidem.* Sed cùm divina  
præcepta corde concipiimus, non statim quasi jam  
solidè cogitata parturimus. Unde & beatus Job non  
de partu ibicum, sed de tempore partus inquiritur.  
Quod videlicet tempus si in nobis metis posse vix com-  
prehendimus, multo magis in alienamente nesci-

17. *2. Reg.* proceres ulisci contendenter, ait: *Quid mibi & vobis  
fiij Sarac?* *Dimitte eum ut maledicat.* Dominus  
enim præcepit ei, ut malediceret David: & quis est  
qui audeat dicere, quare sic fecerit? Et paulo post:  
*Dimitte eum ut maledicat juxta præceptum Domini:*  
Si forte respiciat Dominus afflictionem meam, & red-  
dat mihi bonum pro maledictione hac hodierna. Qui-  
bus profecto verbis indicat, quia pro perpetrato Be-

*16. b Ibid.* 2. Sarac: *Dimitte eum ut maledicat.* Dominus  
enim præcepit ei, ut malediceret David: & quis est  
qui audeat dicere, quare sic fecerit? Et paulo post:  
*Dimitte eum ut maledicat juxta præceptum Domini:*  
Si forte respiciat Dominus afflictionem meam, & red-  
dat mihi bonum pro maledictione hac hodierna. Qui-  
bus profecto verbis indicat, quia pro perpetrato Be-

*19.*

pios conatus, justus dinumerat arbiter.

## CAPUT X.

**D**inumerasti mensē concep̄tus earum? J Sancti A enim viri cūm de profectu auditorum cogitant, quasi jam in utero conceptionem portant. Sed cūm nonnulla quā dicenda sunt, differunt, & aptum suis exhortationibus tempus querunt, velut à partu quem fieri appetunt, in mensum prolixitate dilatantur. Et saepe dum quādam quā sentiunt, intempestivē dicere audientibus nolunt; in ipsa tarditate proferendā sententia, sive ad hāc quā suadenda sunt, seu ad illa quā increpanda, consilio altiori firmantur. Et dum cogitatur vita filiorum, nec tamen ante tempus lingua consilium mentis ejicit, quasi jam concepta soboles intra uterum crescit: ut ad auditorum notitiam tunc sententia cordis exeat, quando prolatā utiliter, quasi per congruum tempus partus vivat. Et quia hāc homines in magistrorum mente, quando vel quomodo agantur, ignorant; Deus verō ad retributionis gloriam non iolum effectum considerat, sed etiam momenta cogitationum signat, rectè ad beatum Job dicitur: [ *Dinumerasti mensē concep̄tus earum?* ] Subaudis, Ut ego, qui in sanctis prædicatoribus non solū fructus exteriorum operum, sed ipsas diutinas cogitationes numero; qui & eas ad retributionem seruo. Possunt per menses, quia concepti dies sunt, etiam multiplicate virtutes intelligi. In mensibus quoque luna renascitur; nilque oblitat, si per menses nova regenerationis creatura signetur. De qua Paulus Apostolus dicit: *In Christo Iesu neque circum-* Galat. *ciso aliquid valet, neque prepūtium, sed nova crea-* n̄. 6. *tura.* Sancti igitur viri, cum se ad prædicandum parant, prius se interius virtutibus innovant, ut ad hoc quod loquendo docent, vivendo concordent. Prius sua interna considerant, atque à cunctis se vi- torum foribus emundant; curantes summopere ut contra iram, patientia luce resplendent: contra carnis luxuriam, etiam cordis munditia fulgeant: contra corporem, zelo candeant: contra confusos precipitacionis motus, serena gravitate rutilent: contra superbiam, vera humilitate luceant: contra timorem, radii autoritatis clarescant. Quia ergo tanta in se prius studia congerunt, quasi in concep- tu sancte predicationis menses virtutum sunt. Quos menses Dominus solus dinumerat; quia eadem bona in corum cordibus non nisi qui dedit, pensat. Et quia juxta mensuram virtutum, effectus etiam subsequitur fructuum, rectè subjugitur: [ *Et scīsti tempus partus earum?* ] Subaudis, Ut ego, qui dum in cogitatione virtutum menses dinumero, quando hoc quod implere appetunt, parere valeant, scio: quia nimur dum cordis occulta conspicio, futurum foris effectum operis, intus in pondere cogitationis penso. Sequitur: [ *Incurvan-* tur ad fetus, & pariunt, & rugitus emittunt. ] Rugiunt quippe, dum per incurvationem suam in conversatione lucis auditorum animas gignunt: quia ab aeternis nos suppliciis removere, nisi flendo & dolendo non possunt. Prædicatores enim sancti nunc in lacrymis seminant, ut ségetem postmodum gaudiorum metant. Nunc quasi cervae in dolore partus sunt, ut spirituali prole postmodum sint fecundi. Ut enim unum de multis loquar, video Paulum quasi quamdam cervam, in partu suo magni doloris rugitus emittentem. Ait enim: *Filioli mei, Galat. quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis: vellem esse apud vos modo, & mutare vocem meam, quoniam confundor in vobis.* Ecce mutare vult vocem in partu suo, ut prædicationis sermo in rugitus vertatur doloris. Vult mutare vocem suam: quia quos jam prædicando pepererat, reformato gemens iterum parturiebat. Qualem rugitum hac cerva patiens emittebat, quando eisdem post se

*Quod discreti viri non passim ad prædicandum exi- liunt, sed in tempore mensuram irrīti ergoant & conceptum desiderium intra se fovent, donec con- grue forment, similem in omnibus formam justitia prebentes: quorum non solum fructus, sed etiam*

*Galat.* redeuntibus exclamare cogebatur, dicens: *U. infensi-  
sat Galata, quis vos fascinavit; & sic stulti estis,  
ut cum spiritu corporis, nunc carne consummati?* vel certe: *Currebatis bene, quis vos impedivit veri-  
tati non obediere?* Qualis in hujus cervae partu rugi-  
tus fuit, quæ diu conceptos filios cum tot difficulta-  
tibus peperit, & quandoque partos ad malitiae  
uterum redire cognovit? Consideremus quid doloris  
habuerit, quid laboris, quæ & postquam potuit  
concepta edere, rursum compulsa est extincta  
fuscatore. Notandum vero summopere est, quod  
ista cerva incurvantur ut pariant: quia nimur si  
erectæ starent, parere non valerent. Nisi enim præ-  
dicatores sancti ab illa imminutate contemplatio-  
nis internæ quam capiunt, ad infirmitatem nostram  
humillima prædicatione quasi quadam incurvatione  
descenderent, numquam utique in fide filios pro-  
crearent. Nobis quippe prodest non possent, si in  
suæ altitudinis erexitio persisterent. Sed videamus  
*i. Cor.* cervam sele ut pariat incurvantem: *Ego, inquit,  
non potius vobis loqui quasi spiritibus, sed quasi car-  
nibus: tamquam parvulus in Christo lac vobis pos-  
sum dedi, non escam.* Atque mox ejusdem incurva-  
*ibid.* tionis causas exequitur, dicens: *Nondum enim poter-  
atis, sed nec ahdū quidem potestis.* Sed hanc cer-  
*ibid.* vam, quæ propter nos incurvata est, quæ video-  
mus erectam. Ait: *Sapientiam loquimur inter perfe-  
ctos.* Et rursum: *Sive mente excedimus Deo.* Cùm  
vero mente excedit Dco, excelsus ejus nos omnino  
non capimus. Ut ergo nos lucretur, incurvatur ad  
nos. Unde illic aptè subjungit: *Sive sobrij sumus  
vobis.* Si enim sancti viri ea nobis prædicare vellent  
quæ capiunt, cùm in superna contemplatione de-  
biantur, & non magis scientiam suam quodam mod-  
eramine & sobrietate temperarent, adhuc angusto  
intelligentia sinu illa superni fontis fluenta quis ca-  
peret? Incurvata autem ista cerva, alias celi voca-  
*ibid.* ta sunt, de quibus dicitur: *Domine inclina celos  
tuos, & descende.* Cùm enim inclinantur celi, des-  
cendi Dominus: quia cùm se in prædicatione sua  
sancti doctores attrahunt, divinitatis notitiam no-  
stris cordibus infundunt. Nequaquam quippe ad  
nos Dominus descendere, si prædicatores ejus in  
contemplationis rigore inflexibilis permanerent.  
Inclinant ergo celi ut descendat Dominus, incur-  
vantur cervæ ut nos in nova fidei luce nascamur.  
*ibid.* Ista incurvata cervæ in Cantico cantorum spon-  
*cant. 1.* ta ubera sunt vocata, sicut scriptum est: *Meliora  
sunt ubera tua vino.* Ista enim sunt ubera, quæ in  
arcu pectoris fixa, laetè nos potant: quia ipsi arcu-  
nis summæ contemplationis inherentes, subtili nos  
prædicatione nutriunt. Ut igitur ab æterno gemitu  
& dolore nos retrahant, nunc incurvantur cervæ,  
atque in partu rugitus emittunt. Quia vero ipsi, qui  
sancta patrum prædicatione nascuntur, aliquando  
doctores suos patiente præveniunt, ut eis adhuc in  
hac vita durantibus, ipsi jam martyrio consummen-  
tur, aptè sequitur.

*Quod qui ad pascua eterna vita fuerint separati,  
doctrina temporalis ultra non indigent, ut quibus in  
ipso vita libro cuncta perspicua erunt.*

#### CAPUT XI.

*S*eparantur filii earum, & pergunt ad pastum:  
reditur, & non revertuntur ad eas.] Pastum  
Scriptura sacra illud viriditatis æternæ pabulum vo-  
cat, ubi jam nostra refectio nullius defectus ariditate  
marcescit. De quo pastu per Psalmistam dicitur.  
*Ps. 22. a.* *Dominus regi me, & nihil mihi dicit, in loco pas-*  
*Ps. 94. c.* *cua ibi me collocavit.* Et rursum: *Nos autem populus  
eius, & oves pascua eius.* De quibus nimur pastu-  
cuis Veritas per semetipsum dicit: *Per me si quis in-  
traverit, salvabitur: & ingredietur, & egredietur,  
& pascua inveniet.* Pergunt ergo ad pastum: quia

A de corporibus exeentes, illa pabula interna viridi-  
tatis inveniunt. Ereditur, & non revertuntur ad  
eas: quia in illa suscepit contemplatione gaudiorum,  
jam nullatenus indigent verba audire docentium.  
Egressi itaque ad eas jam non redunt: quia angu-  
stias vitæ præsentis evadentes, ultra à doctoribus  
prædicationem vite accipere non requirunt. Tunc  
quippe impletur quod scriptum est: *Non decebit ut. Hier. 31.  
ira vir proximum suum, & vir fratrem suum, di-  
cens: Cognosc Domini: omnes enim cognoscunt me  
a minimo eorum usque ad maximum, dicit Dominus.*  
Tunc impletur quod in Evangelio Veritas dicit:  
*Palam de Pare meo annunciarobis vobis.* Filius quip-  
pe de Patre palam annunciat: quia sicut superius di-  
ximus, per hoc quod Verbum est, ex natura nos  
divinitatis illustrat. Verba enim tunc docentium,  
quasi quodam humana lingua rivulos non que-  
runt, quando de ipso jam veritatis fonte debrantur.  
Igitur postquam figurata incurvatione cerva-  
rum, multa de magistrorum virtute narrata sunt,  
nunc ad eorum vitam, qui remota conversationis  
secreta appetunt, verba vertuntur: qui & ipsa va-  
candi oria, quia divino adjutorio & non suis viribus  
assequantur, de eis à Domino dicitur.

*Quod viri contemplativi solitudinem mentis inhabi-  
tent, & liberi à saecularium negotiorum  
tumultibus, Deum sitiant.*

#### CAPUT XII.

C *Q*uis dimisit onagrum liberum, & vincula ejus  
quis solvit?] Subaudis, nisi ego. Onager enim,  
qui in solitudine commoratur, non incongrue vi-  
tam corum significat, qui remoti à turbis saeculari-  
bus conversantur. Qui aptè etiam liber dicitur: quia  
magna est servitus saecularium negotiorum, quibus  
mens vehementer atterritur, quamvis in eis sponte  
desuderet. Cujus servitutis conditio carere, est in  
mundo jam nil concupiscere. Quasi enim quodam  
jugo servitutis premunt prospera dum appetuntur,  
premut adversa dum formidantur. At si quis semel  
à dominatione desideriorum temporalium colla-  
mentis excusserit; quodam jam etiam in hac vita li-  
bertate perficitur, dum nullo desiderio felicitatis  
afficitur, nullo adversariis terrore coarctatur. Hoc  
grave servitus jugum, Dominus videt saecularium  
cervicibus impressum, cùm diceret: *Venite ad me omnes,  
qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam  
vos. Tollite jugum meum super vos, & disce a me  
quia mitis sum, & kumilis corde, & invenies re-  
quietum animabus vestris. Inquit enim meum suave est,  
& onus meum leve.* Asperum quippe jugum, & du-  
ra, sicut diximus, servitutis pondus est, subesse  
temporalibus, ambire terrena, retinere labentia,  
velle stare in nonstantibus, appetere quidem trans-  
fuenta, sed cum transuentibus nolle transfire. Dum  
enim contra votum cuncta fugiunt, quæ prius men-  
tem ex desiderio adhesionis affixerant, post ex pa-  
vore amissionis premunt. Liber ergo dimittitur, qui  
calcatis terrenis desideriis, ab appetitione rerum  
temporalium securitate mentis exoneratur. [ *Et vin-  
cula ejus, quis solvit?*] Subaudis, nisi ego. Sol-  
vuntur vero uniuscujusque vincula, dum divino ad-  
jutorio interna desideriorum carnalium retinacula  
dirumpuntur. Cùm enim pia intentio ad conversio-  
nen vocat, sed adhuc ab hac intentione carnis in-  
firmitas revocat, quasi quibusdam vinculis anima  
ligata præpeditur. Multos enim sœpe videntur  
vitam quidem sanctæ conversationis appetere; sed ne  
hanc assequi valent, modò irruentes casus, modo  
futura adversa formidant. Qui in certa mala dum  
quasi cauti prospiciunt, in peccatorum suorum vin-  
culis incauti retinentur. Multa enim ante oculos  
ponunt, quæ si eis in conversatione eveniant, sub-  
sistere se non posse formidant. De quibus bene Sa-  
lomon

prov.  
15. c  
ibid.

lemon ait: Iter pigrorum, quasi sepes spinarum. Nam cum viam Dei appetunt, eos velut spina obstantium sepium, si formidinum suarum opposita suspicione pungunt. Quod quia electos praepedire non solet, bene illic secutus adjungit: *Via iustorum ab igne offendicula.* Justi quippe in conversatione sua quolibet eis adversitatis obviaverit, non impingunt: quia temporalis adversitatis obstacula, externe spei & internae contemplationis saltu transcedunt. Solvit itaque Deus onagri vincula, quando ab electi uniuscujusque animo, infirmarum cogitationum nodos rumpit, & propitiis dissipat omne quod illestat mentem ligabat. Sequitur: [ *Cui dedi in solitudine domum, & tabernacula ejus in terra salsuginis.* ] Hoc loco pro solitudine corporis debemus intelligere solitudinem cordis. Quid enim prodet solitudo corporis, si solitudo defuerit cordis? Qui enim corpore remotus vivit, sed tumultibus conversationis humane, terrenorum desideriorum cogitationibus se inferit, non est in solitudine. Si vero prematur aliquis corporaliter populibus turbis, & tamen nullos curarum fascicularium tumultus in corde patiatur, non est in urbe. Itaque bene conversantibus primum solitudo mentis tribuitur, ut exurgentem intrinsecus strepitum terrenorum desideriorum premant: ut ebullientes ab infinitis curas cordis per superni gratiam refringant amoris; omnisque motus importunus offerentium levium cogitationum, quasi quasdam circumvolantes muscas ab oculis mentis abigant manu gravitatis; & quodammodo ibi cum Domino intra se secreta querant, ubi cum illo exteriori cessante strepitu, per interna desideria silenter loquantur. De hoc

<sup>24.</sup> secreto cordis alias dictum est: *Factum est silentium in celo, quasi dimidia hora.* Caelum quippe ecclesia vocatur electorum, quae ad eternam & sublimia dum per sublevationem contemplationis intendit, surgentes ab infinitis cogitationum tumultus premit, atque intra se Deo quoddam silentium facit. Quod quidem silentium contemplationis, quia in hac vita non potest esse perfectum, factum dimidiata horam dicitur. Nolent quippe animo dum cogitationum tumultuosi se strepitum ingerunt, etiam sublimibus intendentem, rursum ad respicienda terrena cordis oculum violenter trahunt. Unde scriptum est: *Corpus quod corrumpitur, aggrauat animam & deprimit terrae inhabitatio sensum multa cogitatem.* Bene ergo factum hoc silentium non integrum, sed dimidiata horam describitur: quia hic contemplatio nequam perficitur, quamvis ardenter inchoetur. Quod etiam per Ezechielem prophetam con-

<sup>40. a</sup> gruentes exprimitur, qui pro mensura civitatis in monte condita, in manu viri calamus sex cubitorum & palmi, se vidisse testatur. In monte quippe electorum ecclesia sita est, quia fundata in infinitis desideriis non est. Quid autem per cubitum, nisi operatio; quid per senarium numerum, nisi perfectionis operationis ostenditur; quia & sexto die cun-

<sup>Gen. 2. a</sup>cta opera Dominus explesse memoratur? Quid ergo super sex cubitos palmus influant, nisi contemplationis vim, quae jam initia eternae & septima quietis demonstrat? Quia enim eternorum contemplatio hic minimè perficitur, mensura septimi cubiti non expletur. Electorum itaque ecclesia, quia cuncta quae operanda sunt, perfici, in sex cubitis sese in monte posita civitas ostendit. Quia vero hic adhuc sola initia contemplationis inspicit, de septimo cubito non nisi palnum tangit. Sciendum vero est, quia nequaquam culmen contemplationis attingimus, si non ab exteriori curae oppressione cessemus. Nequaquam nosmetiplos intuemur, ut sciamus aliud in nobis esse rationale quod regit, aliud animal quod regitur, nisi ad secretum hujus silentij recurrentes, ab omni exteriori perturbata-

S. Greg. Tom. I.

tione sopiamur. Quod silentium nostrum bene <sup>ibid.</sup> etiam Adam dormiens figuravit, de cuius mox latere mulier processit: quia quisquis ad interiora intelligenda rapitur, a rebus visibilibus oculos claudit: & tunc in semetipsa vel quae praefesse viriliter debant, vel quae subesse possint infirma distinguunt: ut aliud in illo sit quod regere valeat tamquam vir, aliud tamquam femina quod regatur. In hoc itaque silentio cordis, dum per contemplationem interius vigilamus, exterius quasi obdormiscimus. Quia ergo remoti viri, id est, a desideriis carnalibus alieni, hoc silentium mentis inhabitant, huic onagro Dominus in solitudine domum dedit, ut turba desideriorum temporalium non prematur. Sequitur: [ *Et tabernacula ejus in terra salsuginis.* ] Salsugo accendere sitim solet. Et quia sancti viri quamdiu in hujus vita tabernaculis degunt, ad supernam patriam desiderij sui quotidianis astibus accendantur, in terra salsuginis tabernacula habere perhibentur. Incessanter quippe accendantur ut stiant, sitiunt ut satientur; sicut scriptum est: *Beati qui esurunt & sitiunt justitiam, quoniam ipsi saturabuntur.* Sequitur: [ *Contemnit multitudinem civitatis.* ] Multitudinem civitatis contemnere, est humanae conversationis prava studia devitare, ut jam non libeat terrenorum hominum, qui praecipue abundantia iniquitatis multi sunt, perditos mores imitari. Cum paucis namque ingredi angustum portam desiderant; & non cum multis lata itinera ingredi appetunt, quae ad interiora ducunt. Solerter quippe a quo & ad quid sunt creati, conspicunt: & recta consideratio ne accepta imaginis, sequi vulgi multitudinem designantur. Unde & sponsi voce sponsi in Canticis canticorum dicitur: *Nisi cognoveris te, o pulchra inter mulieres, egredere & abi post vestigia gregum, & pasce haedos tuos.* Semetipsam namque ea que est pulchra inter mulieres, cognoscit, quando electa quaque anima etiam inter peccantes posita, quia ad auctoris sui imaginem ac similitudinem sit condita meminit, & juxta percepta similitudinis ordinem incedit. Quia si le non cognoscit, egreditur: quia a secreto sui cordis expulsa, in exterioribus concupiscentiis dissipatur. Egressa vero abit post vestigia gregum, quia sua interna deferens, ad latam videlicet viam ducitur, & sequitur exempla populum. Nec jam agnos, sed haedos pacit: quia non innocua cogitationes mentis, sed nutritre pravos motus carnis intendit. Quia ergo electus quippe ac continens abire post gregum vestigia deficit, dicitur recte: [ *Contemnit multitudinem civitatis.* ] Ubi & apte subjungitur.

*Quia viri abstinentes, ventris garritus non audiunt, sed gula flammam, que si munitur, omnem virtutem messem exquirit, studiosè restrinquent: scientes quod Nabuchodonosor vincente, princeps cocorum Hierusalem muros desiruxerit.*

## CAPUT XIII.

**C**lamorem exactoris non audit. ] Quis intelligi-  
cautor alius, nisi diabolus potest, qui semel  
in paradiso homini male persuasione nummum  
conculit, & quotidie ab eo hujus debiti exigere  
reatum querit? Hujus exactoris sermo, est male  
suggestionis inchoatio. Hujus exactoris clamor,  
est jam non levis, sed violenta tentatio. Hic ex-  
actor clamat, cum fortiter tentat. Clamorem ergo  
exactoris non audire, est violentis tentationum  
moribus minimè contentire. Audire enim, si ea  
quae suggesterit, faceret. Sed cum perverfa agere def-  
icit, recte dicitur: [ *Clamorem exactoris non au-  
dit.* ] Nonnulli vero hoc loco per exactorem in-  
telligi ventrem volunt. Ipse namque a nobis quadam  
debitum exigit; quia quotidianum fructum

K K K

sibi humani laboris impendi etiam per naturam querit. Abstinentes igitur viri, qui hoc loco onagri vocabulo figurantur, dum violenter gulæ desideria reprimunt, quasi clamantis exætoris verba contemnunt. Sed cum continent viro contra innumerata virtus multa virtutum certamina suppetant, cur sub exætoris clamore contempto, de solo hinc ventre dicunt quod ejus imperium impulsu[m]que restringat, nisi quod nullus palmam spiritualis certaminis apprehendit, qui non in lemetipso prius per afflictam ventris concupiscentiam, carnis incentiva devicerit? Neque enim ad conflictum spiritualis agonis assurgitur, si non prius intra nosmetipos hostis positus, gula videlicet appetitus edomatur: quia si non ea qua nobis sunt viciniora, prosterimus, nimur inaniter ad ea qua longius sunt, impugnanda transimus. In cassum namque contra exteriores inimicos in campo bellum geritur, si intra ipsa urbis mœnia civis insidians haberat. Mens quoque ipsa certantis sub gravi confusione dedecore à spiritualis certaminis congressione repellitur, quando infirma in carnis prælio, gulæ gladiis confossa superatur. Nam cum se parvis prosterri conficeret, configere majoribus erubescit. Nonnulli vero ordinem certaminis ignorantes, edomare gulam negligunt, & jam ad spiritualia bella consurgunt. Qui aliquando multa etiam, qua magna sunt fortitudinis, faciunt: sed dominante gulæ vitio, per carnis illecebram omne quod fortiter egerint, perdunt: & dum venter non restringitur, per carnis concupiscentiam simul cunctæ virtutes obrunntur. Unde & de Nabuchodonosor vincente scribitur: Princeps cocorum destruxit muros Hierusalem. Quid enim per muros Hierusalem significans Scriptura exprimit, nisi virtutes animæ, qua ad pacis visionem tendit? Aut quis cocorum princeps, nisi venter accipitur, cui diligentissima à coquentibus cura servitur? Muros igitur Hierusalem princeps cocorum destruit, quia virtutes animæ dum non restringitur venter, perdit. Hinc est quod Paulus contra Hierusalem mœnia decertanti vires cocorum principi subtrahebat, cum diceret:

*Castigo corpus meum, & servituti subiicio: ne forte aliis predicans, ipse reprobus efficiar.* Hinc etiam præmisit, dicens: *Sic curvo, non quasi in incertum: sic pugno, non quasi aerem verberans.* Quia cum carnem restringimus, ipsis abstinentia nostra istib[us] non aerem, sed immundos spiritus verberamus: & cum hoc quod est intra nos, subiicimus, extra positis adversariis \* pugnas damus. Hinc est quod cum rex Babylonia succidi fornacem jubet, naphthæ, stuppa, picis & maloleoli ministrari congeriem præcepit: sed tamen abstinentes pueros hoc igne minimè consumunt: quia antiquis hostis licet in numeras ciborum concupiscentias nostris obtutibus opponat, quibus libidinis ignis crescat; bonis tamen mentibus superni Spiritus gratia infiblat, ut à carnalis concupiscentia astibus illæsse perdurent: ut etsi usque ad tentationem cordis flamma ardeat, usque ad consensum tamen tentatio non exurat. Scindum præterea est, quia

*De con-*  
*tempore*  
*c. Quin-*  
*que mo-*  
*diss.*

De con-

tempore

c. Quin-

que mo-

diss.

*De junt*  
*2. time*  
*1. Reg.*  
*14.*  
*Num.*

Et ex Aegypto populus eductus, in cremo occu-

buit; quia despecto manna, cibos carnium petiit, quos lauiores putavit. Et prima filiorum Heli culpa suborta est, quod ex eorum voto sacrificio carnes accipere, sed crudas quereret, quas accuratius exhiberet. Et cum ad Hierusalem dicitur: *Hac fuit iniquitas Sodome sororis tuae, superbia, saturitas pams, & abundancia: aperte ostenditur, quod idcirco salutem perdidit, quia cum superbia vitio mensuram moderata refectio[n]is excedit.* Et primogenitorum gloriam Esau amicit, quia magno astu desiderij vile cibum, scilicet lenticulam concupivit: quam dum vendendas etiam primogenitis prætulit, quo in illam appetitu anhelaret indicavit. Neque enim cibus, sed appetitus in vitio est. Unde & lauiores cibos plenarie sine culpa sumimus, & abjectiores non sine reatu conscientia degustamus. Hic quippe quem diximus, Esau, primatum per lenticulam perdidit: & Elias in cremo per virtutem spiritus carnes edendo servavit. Unde & antiquis hostis, quia non cibum, sed cibi concupiscentiam esse causam damnationis intelligit; & primum sibi hominem non carne, sed pomo subdidit, & secundum non carne, sed pane tentavit. Hinc est quod plerisque Adam culpa committitur, etiam cum abjecta & vilia sumuntur. Neque enim Adam solus ut à vetito se pomo suspenderet, præceptum prohibitionis accepit. Nam cum alimenta quædam saluti nostræ Deus contraria indicat, ab his nos quasi per sententiam vetat. Er dum concupiscentes noxia attingimus: profectò quid aliud, quam verita degustamus? Ea itaque sumenda sunt, qua naturæ necessitas querit, & non qua edendi libido suggerit.

*Quod summa discretione moderandum sit, ut non carnem quis, sed vitia carnis occidat: & sic parcat civi, ut eum hostem non nutrit.*

#### CAPUT XIV.

**S**ED magnus discretionis labor est huic exæcto. Sibi & aliquid impendere, & aliquid denegare: & non dando gulam restringere, & dando naturam nutrire. Quæ fortasse discretio subinfurit, cum dicitur: [Clanorem exætoris non audi.] Sermo namque hujus exætoris, est necessaria postulatio naturæ. Clamor vero ejus, est mensuram necessitatis transiens appetitus gulæ. Hic itaque onager exætoris hujus sermonem audit, clamorem non audit: quia discretus vir ac continens & usque ad temperandam necessitatem ventrem reficit, & à voluptate restringit. Sciendum vero est, quia sic voluptas sub necessitate se palliat, ut vix eam perfectus quisque discernat. Nam dum solvi debitum necessitas petit, voluptas explore desiderium suppetit: & tandem gula securius in præcepis rapit, quantum sub honesto nomine necessitatis expienda se contegit. Sepe autem in ipsa edendi via furtivè adjuncta voluptas subsequitur: nonnumquam vero impudenter libera etiam præire conatur. Facile autem est deprehendere, cum voluptas ejus necessitatem prævenit: sed valde est difficile discernere, cum in ipso eflu necessario se occulta subjungit. Nam quia præuentem naturæ appetitum sequitur, quasi à tergo veniens tardius videtur. Eo enim tempore quo necessitati debitum solvit, quia per eflum voluptas necessitati miscetur, quid necessitas petat, & quid, sicut dictum est, voluptas suppetat, ignoratur. Sepe vero & discernimus: & quia utramque sibi conjunctam novimus, in hoc quod extra metas rapimus, liberè reficiendo fallimur: & dum sibi mens ex necessitate abdatur, ex voluntate decipitur. Scriptu quippe est: volu-

Rim. 13. Carnis carnam ne feceritis in desideriis. Quæ igitur fieri in desiderio prohibetur, in necessitate conceditur. Sed sæpe dum incaute necessitatibus condescendimus, desideriis deservimus. Nonnumquam verò dum desideriis immoderatius obviare nitimus, necessitatibus miserias augemus. Sic enim necesse est ut \* artem quicunque continentia teneat, quatenus non carnem, sed via carnis occidat. Nam plerumque dum plus justo caro restringitur, etiam ab exercitatione boni operis eneratur: ut ad orationem quoque vel predicationem non sufficiat, dum incentivavitiorum in se funditus suffocare fletinat. Adjutorum quippe habemus intentiones interne, hunc hominem quem exterior gestamus: & ipsi insunt motus lasciviae, ipsi effectus superunt operationis bona. Sæpe verò dum in illo hostem insequimur, etiam civem quem diligimus, trucidamus: & sæpe dum quasi conci parcimus, ad præium hostem nutrimus. Eisdem namque alimentis virtus superbiunt, quibus nutrita virtutes vivunt. Et cum virtus alitur, plerumque vires vitiis augmentur. Cum verò immensa continetia vitorum vites extenuat, etiam virtus deficiens anhelat. Unde necesse est ut interior homo noster àequus quidam arbiter præsideat inter se, & eum quem exterior gestat: quatenus ei homo suis exterior & semper ad debitum ministerium servire sufficiat, & numquam superbè libera cervice contradicat: nec moveat si quid suggestendo submurmuratur, dummodo cum semper superposita calce dominationis premat. Sieque sit, ut dum repressa virtus reniti quidem nobis patimur, & ramen hac nobiscum congregari ex æquo prohibemus, nec virtus contra virtutem prævaleat, nec rursum virtus cum vitorum omnimoda extincione succumbat. Quia in re sola elatio funditus non extinguitur: quia quamvis vitoria serviat, ad edomanandam tamen cogitationum superbiam continua nobis pugna servatur. Unde bene hic, quia unusquisque vir continens & debita necessitati congruit, & violenta voluptati contradicit, voce Dominica dicitur: [Clamorem exactoris non audit.] Quia autem discretus vir eò ad intelligenda superiora se elevat, quòd in se carnis incentivata castigat; rectè post contemptum exactoris clamorem subditur.

Quod viri sancti incentivis carnis jejuniorum virtute extintis, celesti ducedine pascantur.

#### CAPUT XV.

**C**ircumspicit montes pascae sue. ] Montes pascae, sunt alta contemplationes internæ referentis. Sancti enim viri quanto magis se exteriorū despiciendo deiciunt, tanto amplius interiorū revelationum contemplatione pascuntur. Unde scriptum est: *A cœnâ in corde ejus dispositus in convalle lacrymarum:* quia quos exteriorū in fletu continent convallis humilitatis, eos exteriorū sublevat ascensus contemplationis. Montes etiam pascae, sunt sublimes virtutes Angelorum. Quæ idcirco hic nos ministrando & adjuvando reficiunt, quia illuc interno contemplationis rore pinguebunt. Quæ quia lamente Deo in omni nos certamine protegunt, rectè circumspiciuntur. Undique enim nobis adesse circumspicimus, quorum defensione contra adversarios ex omni latere munimur. Possunt adhuc montes pascae accipi alta fententia Scriptura p. 84. b facræ, de quibus per Psalmistam dicitur: *Montes excelsi cervis:* quia hi qui jam dare contemplationis saltus neverunt, altos fententiarum divinarum vertices, quasi cacumina montium, ascendunt: ad quæ profectò cacumina quia infirmi pervenire non valent, rectè illuc subditur: *Petrar refugium erinacis:* quia videlicet invalidos non sublimiter intelligentia ibid. S. Greg. Tom. I.

A exerceat, sed sola in Christo fides humiliter continet. Sequitur: [ *Vixenias quisque perquirit.*] Arentia quippe sunt omnia, quæ temporaliter condita, venturo fine à jucunditate vita presentis quasi astivo sole siccantur. Vixentia autem sunt vocata, quæ nulla temporalitate marcescent. Huic ergo onagro vixentia perquirere, est sancto unicuique viro despiciens rebus transitoris, in æternum manu defiderare. Cuncta verò hæc, quæ de onagro dicta sunt, intelligi etiam & aliter possunt. Quæ repetito superiori verbi exponimus, ut lectoris judicio quod eligendum crediderit, relinquamus. Igitur postquam predicatorum dispensatio sub cervarum pre-textu descripta est, ut ostenderetur per quem hæc eadem virtus predicationis datur, illico commemoratio de Dominicâ incarnatione subnequitur, ut dicatur: [ *Quis dimisit onagrum liberum?*] Nec indignum quis judicet per tale animal incarnatum Dominum posse figurari; dum constat omnibus, quia per significationem quamdam in Scriptura sacra & vermis & scarabeus ponatur; sicut scriptum est: *Ego autem sum vermis, & non homo.* Et sicut apud ps. 21. a Septuaginta interpres per Prophetam dicitur: *Scarabus de ligno clamavit.* Cum ergo nominatis *Habac.* rebus tam abjectis & vilibus figuratur, quid de illo contumelioso dicitur, de quo constat quod propriè nihil dicatur? Vocatur etenim agnus, sed propter innocentiam. Vocatur leo, sed propter potentiam. Ali quando etiam serpenti comparatur, sed propter sapientiam. Atque ideo per hæc omnia dici figuraliter potest, quia de his omnibus credi aliquid essentialiter non potest. Si enim unum horum quodlibet essentialiter existeret, alterum jam dici non posset. Nam si agnus propriè diceretur, leo jam vocari non poterat. Si leo propriè diceretur, per serpentem signari non posset. Sed hæc in illo omnia dicimus tantò latius in figura, quanto longius ab essentiali. Potest ergo onager incarnatum Dominum designare. Agreste quippe animal est onager. Et quia incarnatus Dominus Gentilitati magis, quam Judæa profuit, animale corpus assumens, quasi non in domum, sed portius in agrum venit. De quo agro Gentilitatis per Psalmistam dicitur: *Species agri meum est. Iacernatus itaque Dominus p. 49. b qui in forma Dei æqualis est Patri, in forma servi p. 51. a minor est Patre, qua minor est etiam seipso.* Dicatur ergo à Patre de Filio secundum formam servi: D [ *Quis dimisit onagrum liberum, & vincula ejus quis solvit?*] Omnis quippe qui peccat, servus est peccato. *Iohann. 3. d* Et quia incarnatus Dominus particeps nostræ factus est naturæ, non culpa, liber dimisus dicitur, quia sub peccati dominio non tenetur. De quo aliás scriptum est: *Inter mortuos Liber.* Dimisus dicitur, p. 57. a quia naturam nostram suscipiens, iniquitatis jugo nullo modo tenetur. Quem quamvis macula culpa nostra non attigit, passio tamen nostræ mortalitatis astrinxit. Unde & postquam liber dimisus dicitur, rectè de illo adjungitur: [ *Et vincula ejus quis solvit?*] Vincula quippe ejus tunc soluta sunt, cum infirmitates passionis illius in resurrectionis sunt gloriam commutata. Quasi quedam vincula Domini minus habuit ea, quia nos nequitæ merito patimur, nostræ mortalitatis infirma, quibus & usque ad mortem sponte ligari se voluit, & quæ per resurrectionem mirabiliter solvit. Esurire enim, sitiare, lassificare, teneri, flagellari, crucifigi, nostræ mortalitatis vinculum fuit. Sed cum exulta morte velum templi rumpetur, scinderentur petra, monumenta pandarentur, inferni claustra patescerent; quid aliud tot argumentis tantæ virtutis ostenditur, nisi quod illa infirmitas nostræ vincula solvebantur, ut is qui ad suscipiendam servi formam venerat, in ipsa servi forma ab inferni vinculis absolutus, ad celum etiam cum membris liber rediret? De quibus ejus vinculis Petrus Apostolus attestatur dicens: KKK ij

*ad 2. d* Quem Dens suscitavit solitus doloribus inferni, A juxta quod impossibile erat illum teneri ab eo. Et quia post mortem suam atque resurrectionem ad gratiam fidei Gentilitatem vocare dignatus est, postquam dicta sunt soluta ejus vincula, apte subjungitur: [Cui dedi in solitudine domum, & tabernaculum ejus in terra salfuginis.] In Gentilitate enim in qua patriarcha non fuit, propheta non fuit; quia ad intelligendum Deum, qui ratione uteretur non fuit, homo peine non fuit. De hac solitudine per Esaiam dicitur: Letabitur deeria & irvia, & exultabit solitudo, & florebit quas filium. Etrursum de Ecclesia Esai. 35. dicitur: Pover deierum ejus quas delicias, & solitudinem ejus quas hortum Domini. Terra vero salfuginis haec eadem solitudo repetita est, que priusquam veram Dei sapientiam cognosceret, salfuginem procula: quia nullam viriditatem boni intellectus proferens, perversa sapiebat. Dominum ergo in solitudine & tabernaculum in terra salfuginis accepit; quia incarnatus pro hominibus Deus, derelicta Ju-dæa, Gentilitatis corda possedit. Unde ei Patriis voce per Prophetam dicitur: Postula a me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terre. Qui juxta hoc quod Deus est, cum Patre das omnia: iuxta hoc vero quod homo est, à Patre accipit omnia, sicut scriptum est: Post statem dedit ei & iudicium facere, quia filius hominis est.

*Ioan. 5. e* Et rursum scriptum est: Sciens quia omnia dedit ei Pater in manus. Vel sicut ipse dicit: Omne quod dat mihi Pater, ad me veniet. Jam vero si queritur quid inter dominum ac tabernaculum distet: dominus in habitatione est, tabernaculum in itinere. Corda itaque Genitilium quasi quedam tabernacula habuit veniendo, sed ea per justitiam firmans, dominum fecit habitando. Et quia eorum vitam ad quos venerat, imitari despedit, recte subjungitur: [Contemnit multitudinem civitatis.] Id est, mores despiciunt humana conversationis. Homo quippe inter homines factus, usum tenere hominum noluit. Idcirco namque inter nos homo factus est, ut non solum nos sanguine fuso redimeret, sed etiam ostendo exemplo commutaret. In conversatione igitur nostra & veniendo alia invenit, & vivendo alia docuit. Studebant enim omnes superba Adam stirpe progeniti, prospera vita praesentis appetere, adverfa devitare, opprobria fugere, gloriam sequi. Venit inter eos Dominus incarnatus adversa appetens, profera spem, opprobria amplectens, gloriam fugiens. Nam cum Iudei illum regem sibi constitueret voluisse, fieri rex refugit. Cum vero cum interficeremolirentur, sponte ad crucis patibulum venit. Fugit ergo quod omnes appetunt, appetit quod omnes fugiunt. Sed cum fugit quod omnes appetunt, appetit quod omnes fugiunt, fecit quod omnes mirarentur, ut & mortuus ipse resurgeret, & morte sua alios de morte resuscitaret. Duæ quippe vita sunt homini in corpore consistentis, una ante mortem, alia post resurrectionem: quarum unam omnes agendo noverant, alteram nesciebant; & humanum genus soli huic quam noverat, intendebat. Venit per carnem Dominus, & dum suscepit unam, alteram demonstravit. Dum hanc nobis cognitam suscepit, illam qua nobis est incognita, ostendit. Morienda quippe vitam exercuit quam temnemus, resurgendo aperuit quam queramus: exemplo suo nos docens, quod haec vita quam ante mortem ducimus, non propter se amanda sit, sed propter alteram toleranda. Quia ergo nova conversatione usus inter homines, mores Babylonicae fecerunt non est, bene de eo scriptum est: [Contemnit multitudinem civitatis.] Vel certe quod multos per spatioiam viam vagantes deseruit, & per angusta gradientes paucos elegit. Multitudinem namque civitatis contemnere, est humani generis partem quæ latam viam ingreditur, quæ & pro abundantia ini-

quitatis multa est, à regni sui sorte reprobare. Sequitur: [Clamorem exactoris non audi.] Sicur supra dictum est, quis hoc loco exactor accipi nisi diabolus potest? Qui malè fraudendo spem contulit immortalitatis, led decipiendo exigit tributum mortis: qui fraudando inculit culpam, serviendo exigit pœnam. Hujus exactoris sermo, est ante mortem hominis astuta persuasio: clamor vero ejus, est violenta jam rapina post mortem. Quos enim ante mortem latenter intercipit, hos ad supplicij sui consortium post mortem violenter rapit. Sed quia ad mortem veniens Dominus, hujus exactoris violentos impetus non expavit, sicut ipse ait: Venit enim princeps huius mundi, & in me non habet quidquam; bene dicitur: Clamorem exactoris non audi.] Venit quippe ad eum exactor humani generis, quia illum hominem vidit. Sed quem infirmitate despexit hominem credidit, virtute supra hominem sensit.

Quid sit quod Laban idola apud Jacob posita non reperit.

## CAPUT XVI.

Hujus nimirus exactoris typum Laban te- *Gen. 32.* nauit, quando cum furore veniens, sua apud Jacob idola requivit. Laban quippe interpretatur dealbatio. Dealbatio autem non inconveniens diabolus accipitur: qui cùm sit tenebrosus ex merito, transfigurat se in angelum lucis. Huic servit Jacob, id est, ex parte reproborum Iudaïcus populus, cuius ex carne incarnatus Dominus venit. Potest etiam per Laban mundus hic exprimi, qui cum furore Jacob persequitur, quia eleatos quoque qui Redemptoris nostri membra sunt, persequendo opprimere conatur. Hujus filiam, id est, five mundi, five diaboli, Jacob abstulit, cum sibi Christus Ecclesiam ex Genitilitate conjunxit. Quam & de domo patris abstrahit, quia ei per Prophetam dicit: Obliviscere populum tuum, & dominum parris tui. Quid vero in idolis, nisi avaritia designatur? Unde per Paulum dicitur: Et avaritia, que est idolorum servitus. Laban ergo veniens apud Jacob idola non invenit, quia a ostensi mundi thesauris, diabolus in Redemptore nostro vestigia concupiscentiae terrena non reperit. Sed que Jacob non habuit, ea Rachel secundo cooperuit. Per Rachel quippe, quæ & ovis dicitur, Ecclesia figuratur. Sedere autem, est humilitatem penitentiae appetere, sicut scriptum est: *Surgite postquam federitis.* Rachel ergo idola secundo operuit; quia sancta Ecclesia Christum sequens, terrena concupiscentiae vita pœnitendo texit. De hac cooptatione vitiorum per Psalmistam dicitur: Beatis quorum remissa sunt iniquitates, & quorum testa sunt peccata. Nos igitur Rachel illa signavit, qui idola secundo premimus, si culpas avaritia pœnitendo damnamus. Quae utique avaritia illis non solet evenire, qui in via Domini viriliter currunt, quibus dicitur: Virili. *Ps. 80.4* ter agite, & confortet cor vestrum: sed his maximè qui quasi effeminato gressu gradientes, per blandimenta seculi resolvuntur. Unde & illic eidem Rachelis haec verba sunt: Inulta confundendum feminaron nunc accidat mibi. Apud Jacob ergo idola Laban non reperit; quia exactor calidus quid in Redemptore nostro reprehenderet, non invenit. De quo exactore Redemptori nostro Gentilitatem ab ejus dominio liberanti per Prophetam dicitur: Jugum enim oneris ejus, & virg. *Ez. 9.4* gam humeri ejus, & sceptrum exactoris ejus superasti, sciat in die Madian. Eripiens quippe Genitilitatem Dominus, superavit jugum oneris ejus, cum eam adventu suo ab illa dæmoniacâ tyrannidis servitute liberavit. Superavit virginem hume-

*Ioan. 18. 18.*

*Matte. 2. b*

ri ejus, cum percussionem illius, quæ ex perverso A opere gravior deprimebat, ab humano genere redempto compescuit. Superavit sceptrum exactoris ejus, cum regnum ejusdem diaboli, qui pro pestifera perpetrazione vitiorum exigere consueverat debita tributa prænarrare, de fidelium corde destruxit.

*Quid sit quod Gedeon contra Medianos dimicau-  
rus, per præceptum Domini quoscumque flexis ge-  
nibus ad bibendum aquas haurire conspergit, re-  
pulit à confitu: eos vero, qui stantes manibus  
aquas quasi canes lambebant, tubis & lampadi-  
bus & lagenis armavit.*

## CAPUT XVII.

**S**E d<sup>icitur</sup> quomodo hæc acta sunt audiamus. Sub-  
junctum est illico: *Sicut in die Medianarum. Non*  
<sup>Indic. 7.</sup> *abs te arbitror, si hoc Medianitarum bellum quod*  
*in comparatione adventus Dominici à Prophetâ vi-*  
*gilanter illatum est, aliquando latius differamus. In*  
*libro quippe Iudicum, Gedeon contra Medianitas*  
*dimicasse describitur. Is cùm exercitus multitudinem*  
*ad bella produceret, divina illi admonitione*  
*præceptum est, ut ad fluvium veniens, omnes quos*  
*flexis genibus aquas haurire consiperet, à bello-*  
*rūm confitu removeret. Atcumque est, ut tre-*  
*centi viri tantummodo, qui stantes manibus aquas*  
*hauserant, remanerent. Cum his ad prælium per-*  
*git, eosque non armis, sed tubis, lampadibus &*  
*lagenis armavit. Nam sicut illic scriptum est: Ac-*  
*censas lampades miserunt intra lagunculas: & tu-*  
*bas in dextra, lagenas autem in sinistra tenuerunt:*  
*& ad hostes suos cominus venientes, cecinerunt*  
*tubis, confregerunt lagunculas, lampades aperuer-*  
*unt: & hinc tubarum sonitu, illinc lampadum coru-*  
*catione territi hostes, sunt in fugam conversi. Quid*  
*hoc est, quod tale bellum per Prophetam ad me-*  
*dium adducitur, & adventui Redemptoris nostri*  
*istius pugnae victoria comparatur? An indicare*  
*Propheta nobis studuit, quod adventum Redemp-*  
*toris nostri contra diabolum illa sub Gedeon du-*  
*ce pugnae victoria designavit? Talia illic nimi-*  
*rum acta sunt, qua quæ magis usum pugnan-*  
*di transiunt, tant amplius à prophetandi my-*  
*sterio non recedunt. Quis enim umquam cum la-*  
*genis & lampadibus ad prælium venit? Qui con-*  
*tra arma veniens, arma deseruit? Ridicula no-*  
*bis hæc profectæ fuerant, si terribilia hostibus*  
*non fuissent. Sed victoria ipsa testante didicimus,*  
*ne parva hæc quæ facta sunt, perpendamus. Ge-*  
*deon itaque ad prælium veniens, Redemptoris*  
*nostri signat adventum; de quo scriptum est:*  
*Tollite portas principes vestras, & elevamini*  
*portæ aternales, & introibit rex gloria. Quis est*  
*iste rex gloria? Dominus fortis & potens. Domi-*  
*nus potens in prælio. Hic Redemptorem nostrum*  
*non solum opere, sed etiam nomine prophetavit.*  
*Gedeon namque interpretatur, circumiens in utero.*  
*Dominus enim noster per majestatis poten-*  
*tiam omnia complectitur, & tamen per dispensa-*  
*tionis gratiam intra uterum Virginis humanita-*  
*tem sumens venit. Quis est ergo circumiens in*  
*utero, nisi omnipotens Deus sua dispensatione*  
*nos redimens, divinitate cuncta complectens, &*  
*humanitatem intra uterum sumens? In quo utero*  
*& incarnatus est, & clausus non est: quia &*  
*intra uterum fuit per infirmatam substantiam, &*  
*extra mundum per potentiam majestatis. Median*  
*verd interpretatur, de judicio. Ut enim hostes*  
*eius repellendi destruendique essent, non de vitio*  
*repellentis, sed de judicio justè judicantis fuit.*  
*Et idcirco de judicio vocantur; quia alieni à gra-*  
*tia Redemptoris, justæ damnationis meritum etiam*  
*in vocabulo nominis trahunt. Contra hos Ge-*

deon cum trecentis pergit ad prælium. Soler in centenario numero plenitudo perfectionis intelligi. Quid ergo per ter ductum centenarium numerum designatur, nisi perfecta cognitio Trinitatis? Cum his quippe Dominus noster adversarios fidei destruit: cum his ad prædicationis bella descendit, qui possunt divina cognoscere, qui sciant de Trinitate, quæ Deus est, perfecta sentire. Notandum verò est, quia iste trecentorum numerus in Tau littera continetur, quæ crucis speciem tenet. Cui si super transferam lineam id quod in cruce eminet, adderetur, non jam crucis species; sed ipsa crux esset. Quia ergo iste trecentorum numerus in Tau littera continetur, & per Tau litteram, sicut diximus, species crucis ostenditur; non immerdit in his trecentis Gedœnon sequentibus illi designati sunt, quibus dictum est: *Si quis vult post me venire, abneget se metipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.* <sup>Luc. 9. 2.</sup> Qui sequentes Dominum tanto verius crucem tollunt, quando acris & se edolant, & erga proximos suos charitatis compassione cruciantur. Unde & per Ezechielem prophetam dicitur: *Signa Ezech.* <sup>9. b</sup> *Tau super frontes virorum gementium & dolen-*  
*tium. Vel certè in his trecentis, qui in Tau littera continentur, hoc exprimitur, quod ferrum ho-*  
*stium crucis ligno supereret. Ductique sunt ad*  
*fluvium, ut aquas biberent, & quicunque aquas*  
*flexis genibus hauserunt, à bellica intentione re-*  
*moti sunt. Aquis namque, doctrina sapientia;*  
*stante autem genu, recta operatio designatur;*  
*Qui ergo dum aquas bibunt, genuflexisse perhi-*  
*bentur, à bellorum certamine prohibiti recesserunt:*  
*quia cum illis Christus contra hostes fidei*  
*pergit ad prælium, qui cùm doctrina fluenter hau-*  
*riunt, relictitudinem operum non inflectunt. Omnes*  
*quippe tunc bibisse aquam, sed non omnes recto*  
*genu steriles narrati sunt. Reprobataque sunt, qui*  
*genua, dum aquas biberent, inflexerunt: quia at-*  
*testante Apostolo, non auditores legis iusti sunt <sup>Rom. 2. b</sup>*  
*apud Deum, sed factores legis iustificabuntur. Quia*  
*enim, ut diximus, dissolutio operum in ipsa ge-*  
*nuum incursione signatur, rectè rursum per*  
*Paulum dicitur: *Remissas manus & dissoluta genna* <sup>Heb. 12. 4.</sup> *erigite, & gressus rectos facite pedibus vestris.* <sup>a.</sup>*  
*Hi ergo Christo duce ad bellum \* procedunt: <sup>\* a.</sup> prodeunt;*  
*qui hoc quod ore annunciant, opere ostendunt;*  
*qui fluenta doctrinæ spiritualiter hauiriunt, nec*  
*tamen in prævis operibus inflectuntur carnaliter,*  
*quia sicut scriptum est: *Non est speciosa laus in* <sup>b</sup> *Ecclesi. 11.**  
*ore peccatoris. Itum ergo est ad prælium cum tu-*  
*bis, cum lampadibus, cum lagenis. Inusitatius*  
*iste, ut diximus, fuit ordo præliandi. Cecinerunt*  
*tubis, & sinistris lagenæ tenebantur: intra lage-*  
*nas autem sunt missæ lampades; confractis verd*  
*lagenis lampades ostensa sunt, quarum coruscante*  
*luce, hostes territi in fugam vertuntur. Desi-*  
*gnatur itaque in tubis clamor prædicantium: in*  
*lampadibus, claritas miraculorum: in lagenis,*  
*fragilitas corporum. Tales quippe secum dux no-*  
*ster ad prædicationis prælium duxit, qui despœta*  
*salute corporum, hostes suos moriendo proster-*  
*nerent, corumque gladios non armis, non gla-*  
*diis, sed patientia tuperarent. Armati enim vene-*  
*runt sub duce suo ad prælium. Martyres nostri;*  
*sed tubis, sed lagenis, sed lampadibus. Qui so-*  
*nuerunt tubis, dum prædicant; confregerunt la-*  
*genas, dum solvenda in passione sua corpora ho-*  
*stibus gladiis supponunt; resplenderunt lampadibus, dum post solutionem corporum, miraculæ coruscaverunt. Moxque hostes in fugam*  
*conversi sunt; quia dum mortuorum Martyrum*  
*corpora miraculæ coruscare conspiciunt, luce ve-*  
*ritatis fracti, quod impugnaverunt, crediderunt.*  
*Cecinerunt ergo tubis, ut lagenæ frangereantur;*

lagenæ fractæ sunt, ut lampades apparerent: ap-  
paruerunt lampades, ut hostes in fugam verteren-  
tur: id est, prædicaverunt Martyres, donec corum  
corpora in morte solverentur: corpora eorum in  
morte soluta sunt, ut miraculis coruscarent: co-  
ruscaverunt miraculis, ut hostes suos ex divina luce  
prosternerent: quatenus nequaque Deo cretæ re-  
sistenter, sed cum subditi formidarent. Et notan-  
dam, quod steterunt hostes ante lagenas, fuge-  
rant ante lampades: quia nimirus persecutores  
sanctæ Ecclesiæ, fidei prædicatoribus adhuc in cor-  
pore positis restiterunt; post solutionem verò cor-  
porum apparentibus miraculis in fugam versi sunt,  
quia pavore conterriti, à persecutione fidelium  
cessaverunt. Prædicatione scilicet tubarum fractæ  
lagenis corporum, visiti timuerunt lampadibus mi-  
raculorum. Intuendum est etiam id quod illuc scri-  
ptum est: quia in dextera tubas, lagenas autem in  
sinistra tenuerunt. Pro dextero enim habere dici-  
mur, quidquid pro magno pensamus: pro sinistro  
verò, quod pro nihilo ducimus. Bene ergo illuc scri-  
ptum est, quod in dextera tubas, lagenas autem in  
sinistra tenuerunt: quia Christi Martyres pro ma-  
gno habent prædicationis gratiam, corporum ve-  
rò utilitatem pro minimo. Quisquis enim plus fa-  
cit utilitatem corporis, quam gratiam prædicationis,  
in sinistra tubam, atque in dextera lagenam  
teneret. Si enim priori loco gratia prædicationis at-  
tenditur, & posteriori utilitas corporis, certum est  
quia in dextris tube, & sinistris lagenæ teneantur.

*Matt. 5.* Hinc Dominus in Evangelio ait: *N*eque accendam  
lucernam, & ponam eam sub modo, sed super cande-  
labrum. In modo enim commodum temporale, in  
lucerna autem lux prædicationis accipitur. Lu-  
cernam ergo sub modo ponere, est propter tempora-  
le commodum, gratiam prædicationis abscondere,  
quod nemo utique electorum facit. Et bene illuc  
additur: *Sed super candelabrum* In candelabro enim  
status corporis designatur, cui lucerna superponitur,  
dum eidem corpori cura prædicationis antefertur.  
*Esa. 9.* Bene itaque per Prophetam dictum est: *Sceptrum ex-  
ætoris ejus superasti, sicut in die Madian.* Sed quia  
exponendi propheticæ testimoniæ gratia longè digres-  
si sumus, ad operis nostri ordinem revertantur.

*Quod onager iste ad Christum referatur, qui vocem D  
æ exactoris diaboli non audit, quia in illo  
nihil malignus invent.*

#### CAPUT XVIII.

*L*IGITUR postquam dictum est: [Clamorem exalte-  
ris non audit;] qui videlicet antiqui hostis insi-  
diis Domini in carne manifestatus despexit, quid  
etiam de electis suis fecerit, recte subiungit, dicens:  
[Circumspicit montes pacua sua.] Montes accipimus  
omnes elatos hujus seculi, qui in corde suo altitu-  
dine terrena tumuerunt. Sed quia etiam tales Do-  
minus Ecclesiæ sue corpori converso invicerat,  
eoque à priori elatione commutans, in sua mem-  
bra transformat, isti montes pacua ejus sunt; quia  
nimirus de conversione errantium, & de superbo-  
rum humilitate satiatur, sicut ipse ait: *Meus cibus  
est, ut faciam voluntatem ejus qui me misit.* Et sicut  
Apostolis ad prædicationem misis præcepit, dicens:  
*Operamini non cibum qui perit, sed que permanet in  
vitam eternam.* De his montibus per Prophetam  
*ps. 94.* a dicitur: *N*on repellet Dominus plebem suam, quo-  
niam in manu ejus sunt omnes fines terre, & altiu-  
mores montium ipse conficit. Altitudines enim mon-  
tium, elationes sunt utique superborum. Quas Do-  
minus conspicere dicitur, id est, ab iniquitate sua  
in melius commutare. Convertit namque Domi-  
nus eum quem conspicit. Unde scriptum est: *Con-  
versus Dominus respexit Petrum, & recordatus est  
Petrus verbi Domini sicut dixerat: Quia priusquam*

*A gallus cantet, ter me negabis: & egressus foras levit  
amare. Et sicut Salomon ait: Rex qui sedet in solio  
iudicari, dissipat omne malum intuitu suo.* De hoc re-  
spectu montium rursum per Prophetam dicitur: *ps. 96.*  
*Montes sicut cera fluxerunt a facie Domini:* quia post  
perveritatis suæ duritiam, divina formidine lique-  
facti, ab illo prius rigido tumore subtrahiti sunt.  
Intuendum etiam, quod non ait, inspicit, sed [cir-  
cumspicit montes pacua sua.] In Iudea, quippe in-  
carnatus est Dominus, quæ posita in medio gentium  
fuit. Atque inde circumspexit montes; quia elatos  
hujus sæculi circumquaque positos ex Gentilitatis  
universitate collegit. In his itaque montibus pasci-  
tur: quia bonis operibus converorum quasi herbis  
virentibus satiatur. Hinc est quod ei sponsa vox in  
Canticis cantoricum dicitur: *Indicamus ubi pascas,*  
*ubi cubes in meridie.* Pascitur quippe Dominus, cum *cas. 1. b*  
bonis nostris actibus delectatur. Cubat verò in meri-  
dium ex defideriis carnalibus ardenti corde repro-  
borum, apud electorum suorum pectora refrigerium  
invenit cogitationis bona. Mons enim quidam Mat-  
thæus fuerat, quando in teloni lucris tumebat; de  
quo & scriptum est: *Quia postquam creditis, in-  
vivato in domum suam Domino, convivium ma-  
gnum fecit.* Mons itaque iste huic onagro virentis  
pacua herbas protulit, quia & foris cum convivio,  
& intus epulis viratum pavit. *Quod adhuc plenil-  
lè expletus, cum subditur: [Virentia queque  
perquirit.]* Arentia enim deserit, & virentia que-  
que perquirit. Arentia namque corda sunt homi-  
num, quæ in hujus sæculi sp̄ peritura plantata,  
æternitatis fiduciam non habent. Virent autem,  
qua illi hereditati inhaerent, de qua Petrus Apo-  
stolus dicit: *In hereditatem incorruptibilem, & in-  
contaminatam, & immarcescibilem* Tantò enim ve-  
ritatis quaque virentes sunt, quandò in hereditatis im-  
marcescibilis forte cogitationis radicem figunt.  
Quisquis itaque intrinsecus areret formidat, arentia  
extrinsecus mundi hujus desideria fugiat. Quisquis  
a Domino perquiri desiderat, æternam patriam ap-  
petens, in interna cordis plantatione viridefcat.  
Hec autem de onagro expolita sub duplice intelle-  
ctu sufficiant. Lectoris verò iudicio relinquendum  
est, quid magis duxerit eligendum. Et si utriusque  
expositionis intelligentiam fortasse despexerit, li-  
benter ipse lectorum meum subtilius veriusque senti-  
tentem, velut magistrum discipulus sequar: quia  
mihi propriè donatum credo, quidquid illum me  
melius sentire cognosco. Omnes enim qui fide ple-  
ni de Deo aliquid sonare nitimur, organa veritatis  
sumus; & in ejusdem veritatis potestate est, utrum  
per me sonet alteri, an per alterum mihi. Ipsa quip-  
pe in medio rostri, etiam non æquæ viventibus om-  
nibus aqua est, & sepe alium tangit, ut bene audiat  
quod per alium ipsa sonuerit: sepe verò alium tan-  
git, ut bene quod ab aliis audiatur, sonet. Sepe do-  
ctori verbum pro grata tribuitur auditoris, & sepe  
propter auditoris culpam subtrahitur sermo doctori.  
In his ergo quæ ubertim prædicat doctor, nulla elatione  
se effterat, ne fortasse non pro sua, sed pro audi-  
toris gratia ejus repleatur lingua: & in his quæ do-  
ctor steriler dicit, auditor non succenscat, ne fortasse  
doctoris lingua non pro sua, sed pro auditoris re-  
probatione torpescat. Pro auditoris namque gratia  
datur bonus etiam malis sermo doctoribus, sicut po-  
tuerunt Phariseis suppetere verba prædicationis, de  
quibus scriptum est: *Omnia ergo quæcumque dixerint  
vobis, servate & facite; secundum verò opera eorum,  
nolite facere.* Propter auditorum verò reprobationem  
bonis etiam doctoribus sermo subtrahitur, sicut  
ad Ezechielem contra Israël dicitur: *Lingua tuam Ezech.  
adherere faciam palato tuo, & eris mutus, nec quæsi-  
vir objurgans;* quia domus exasperans est. Aliquando  
autem sermo prædicationis propter utrosque da-  
tur, aliquando propter utrosque subtrahitur. Pro-

*Ad. 13. c  
ibid.  
1. Reg. 3.*

per utroque enim datur, sicut divina voce Paulo apud Corinthios dicitur: *Noli timere, sed loquera.* Et paulò post: *Quia populus multus est mihi in hac civitate.* Propter utroque verò subtrahitur, sicut Heli sacerdos & pravam filiorum cognovit actionem, & dignam increpationis non exercuit vocem; cùm profecto futurum esset, ut in mortis supplicio & istos reatus flagiti, & illum silentii pena mulctaret. Inter hæc igitur cùm vel pro quo sermo detur, vel propter quem subtrahatur, ignoramus: unum est salubris remedium, nec de his quæ alijs magis accepimus, nosmetipso extollere, nec de eo alterum quod minus accepit, irridere; sed

A fixo humilitatis pede, graviter & constanter incdere: quia in hac vita tantò veracius docti sumus, quanto doctrinam nobis à nobis metipis suppetere non posse cognoscimus. Cur ergo quilibet de doctrina superbiat, qui occulto iudicio vel cui quando detur, vel quando cui subtrahatur ignorat? Quamvis enim securitati timor semper longè videatur abesse; nobis tamen nihil est securius, quam sub spe semper timere, ne inculta mens aut desperando se in vitiis dejiciat, aut extollendo de donis ruat. Ante districti enim ac pii iudicis oculos quanto de se sub spe humilius trepidat, tanto in illo robustius stat.

## SANCTI GREGORII MORALIS EXPOSITIONIS IN BEATVM IOB. LIBER TRIGESIMVS PRIMVS.

### CAPUT PRIMUM.

*Gen. 3. a* **N** paradise fano homini diabolus invi-  
dens superbiam vulnus inflixit; ut qui  
mortem non acceperat conditus, mor-  
teretur elatus. Sed quia divina poten-  
tia superbit, non solum bona de nihilo facere, sed  
ea etiam ex malis qua diabolus perpetraverat, re-  
formare: contra hoc inflictum vulnus superbientis  
diaboli, medicina apparuit inter homines humili-  
tas Dei, ut auctoris exemplo humiliati surgerent,  
qui imitatione hostis elati ceciderant. Contra ergo  
superbientem diabolum apparuit inter homines  
homo factus humilis Deus. Hunc parentes hujus  
seculi, id est, membra diaboli superbientis, eò de-  
spicabilem crediderunt, quod humilem confexer-  
unt. Vulnus enim cordis eorum quanto magis tu-  
muit, tanto amplius medicamentum vitæ dexpexit.  
Repulsa igitur à vulnere superbitorum medicina no-  
*1. Cor. 1. ad* stra pervenit ad vulnus humilium. *Infirma* quippe  
mundi elegit Deus, ut confundat fortia: actumque  
est cum pauperibus, quod post etiam divites elati  
mirarentur. Nam dum novas in illis virtutes aspi-  
ciunt, corum, quorum prius contempserat vitam,  
postmodum obstupuerunt miracula. Unde mox pavili-  
di ad sua corda redeuntes, extimuerunt sanctita-  
tem in miraculis, quam despexerant in preceptis.  
Per infirma ergo confusa sunt fortia: quia dum in  
venerationem vita surgit humilium, elatio cecidit  
superbitorum. Igitur quia beatus Job sanctæ Ecclesie  
typum tenet, & omnipotens Deus prævidit  
quod in primordiis nascientis Ecclesie, potentes  
hujus seculi leve ejus jugum suscipere crassa cor-  
dis cervice recufarent, dicat: [ *Numquid volet rhinoceros servire tibi?* ] Rhinoceros enim indomita omnino natura est; ita ut si quando captus fuerit,  
teneri nullatenus possit. Impatiens quippe, ut fer-  
tur, illico moritur. Eius vero nomen Latina lingua  
interpretatum sonat, in nare cornu. Et quid alius  
in nare, nisi fatuus: quid in cornu, nisi elatio de-  
signatur? Nam quia in nare fatuus solet intelligi,  
*Prov. 11.* Salomone attestante didicimus, qui ait: *Circulus an-  
teus in naribus suis, mulier pulchra & fatua.* Hæ-  
ticam namque doctrinam nitore vidit eloquij res-  
plendere, nec tamen sapientia apto intellectu con-

B gruere, & ait: *Circulus aureus in naribus suis, id est  
pulchra & circumflexa locutio in sensibus mentis  
stultæ: cui ex eloquio aurum pender, sed tamen ex  
terrena intentionis pondere, more suis, ad supe-  
riora non respicit.* Quod secutus exposuit, dicens:  
*Mulier pulchra & fatua; id est, doctrina hæretica:*  
pulchra per verbum, fatua per intellectum. In cor-  
nu verò, quia elatio frequenter accipitur, Prophe-  
ta attestante didicimus, qui ait: *Dixi iniquis, no-  
lite inique agere, & delinquentibus, nolite exaltare  
cornu.* Quid ergo in rhinocerote hoc, nisi potentes  
hujus seculi designantur, vel ipsæ in eo summe  
principatum potestates, qui typho fatuae jaestatio-  
nis elati, dum falsis exterius inflant honoribus,  
veris miseriis intus inanescunt? Quibus bene dici-  
tur: *Quid superbis terra & cinis?* In ipsis verò ini-  
tis nascientis Ecclesie, dum contra illam divitium se a  
potestas extolleret, atque in ejus necem immen-  
sitate tanta crudelitatis anhelaret, dum tot crucia-  
tibus anxia, tot persecutionibus pressa succumberet:  
quis tunc credere potuit, quod illa recta & al-  
pera superbiorum colla sibi subjeceret, & jugo san-  
cti timoris edomita, mitibus fidei loris ligaret? Diu  
quippe in exordiis suis rhinocerotis hujus cornu  
ventilata, & quasi funditus interiuncta percussa  
est. Sed divina gratia dispensante, & illa moriendo  
vivificata convaluit, & cornu suum rhinoceros iste  
feriendo lassatus inclinavit: quodque impossibile  
hominibus fuit, Deo difficile non fuit, qui potesta-  
tes hujus mundi rigidas non verbis, sed miraculis  
fregit. Ecce enim quotidie servire rhinocerotes ag-  
nolimus, dum potentes mundi hujus, qui in viri-  
bus suis fatua diudum fuerant elatione confisi, Deo  
subditos jam videmus. Quasi de quodam indomito  
rhinocerote Dominus loquebatur, cùm diceret:  
*Dives difficile intrabit in regnum calorum.* Cui cum  
responsum esset: *Et quis poterit salvus fieri?* illucō *19. c*  
ad junxit: *Apud homines hoc impossibile est, apud ibid.*  
*Deum autem omnia possibilia sunt.* Ac si diceret:  
Rhinoceros iste humanis viribus mansuescere non  
potest, sed tamen divinis subdi miraculis potest.  
Unde hic quoque aptè beato Job sancta Ecclesie  
typum tenenti dicitur.